**De lumbrico terrestri schediasma, variis memorabilibus, curiositatibus, & observationibus illustratum / [Franz Christian Paullini].**

**Contributors**

Paullini, Christian Franz, 1643-1712

**Publication/Creation**

Francofurti ; Leipzig : J.C. Stössel, Erfurt, 1703.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/jk5admf2

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

R R

B d 14

G. L. 37

J
a. 11

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

PAULLINI, C.F.

65649/A

T7



Facti te forté pigebit,
amat victoria cantum,
nec ferro, nec igni,
per Summa, per ima,
Sic Sapiens,
videt mendacia verum
CHRISTIANI
FRANCISCI PAVL,,
LINI.
LUMBRICUS
TERRESTRIS,
aō 1702

# CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

DE

# LUMBRICO TERRESTRI SCHEDIASMA,

*Varijs Memorabilibus, Curioſitatibus, & Obſervationibus illuſtratum.*

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Impenſis JOH. CHRISOPH. STÖSSELII, Biblopol. Erffurt.
ANNO MDCC.III.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

# LECTORI MEO

*Gratiam & Pacem DEI ſempiternam!*

Mirabilis Dominus in omni opere ſuo. Quocunque oculos torſeris, curioſa magnalia DEI in amplexus ruunt. Anguſti ſpatij & obulum vix æquans lapillus eſt, cui Imperatoris, omniumque Electorum lineamenta ac inſignia inciſa *Amſtelodami* viſuntur. At longè illuſtrior & auguſtior DEUS conſpicitur in minimo inſectulo, tot myſteriorum promo condo. Rectè *Stagarita:* a) *Viliorum animalium diſputationem propenſionemq́; faſtidio quodam puerili ſpreviſſe, moleſtèq́; tuliſſe,*



a) L.I.P.A.c. 5.

*liſſe, dignum nequaquam eſt, cùm nul-*
*res ſit Naturæ, in qua non mirandum*
*aliquid inditum habeatur.* In abjecti-
ſimis inſectis, in viliſſimo & ſordidiſſi-
mo *lumbrico* longè majus artificium
viſendum eſt, quàm in maximo ele-
phanto. Aſpice puſillum iſtud in-
ctulum, cujus meminit *Arabs, Alkaz-*
*inius*, citante & interprete *Bocharto*
b) & expende, quid *Plin.* c) dicat de c-
lice. Ad ebuccinandas laudes divin-
advocat quoque Pſalmiſta reptilia
*vermiculos*, d) eosque choro ſecund-
adjungit: hos enim & Dominus in ſ-
pientia fecit. e) Juſtum igitur D. I
*Nebelij*, Profeſſoris Marburgenſis, Co-
legæ curioſi, votum, f) ut celebriore
temporis noſtri *Medici Practici* an
*Chemici, frequentiori ſimplicium uſu*
*inſti-*

b) P. II L. IV. c. 17. p 563. ſeq. c) L. XI. c. 2. d)
CXLVIII. 10. e) Pſ. CIV. 24. f) Dec. III.
phem, Curioſ. ann. III. obſ. 80.

*inſtituta per ignem analyſi, in eorundem facultates penitiùs inquirerent, & polychreſtas vegetabilium* (animalium) *vires, quibus mulierculæ, promæ ſimplicium condæ, ſœpe Medicos in ruborem dant, tandem aliquando detegerent.* Placuit itaq; mihi *NUNQUAM OTIOSO* horis ſubceſivis *lumbricum terreſtrem* curioſiùs contemplari, arcanaque ejus accuratiùs rimari, quam induſtriam nemo bonus vituperabit. *Ranas* coaxantes haud formido. *Ridet mendacia verum. Illuſtrata eſt virtus mea*, infit animoſus *Seneca*, g) *per ea ipſa, per quæ petebatur. Produci enim illa & tentari expedit, nec ulli magis intelligunt, quanta ſit, quàm qui vires ejus laceſſendo ſenſerunt. Duritia ſilicis nulli magis quàm ferientibus nota eſt. Præbeo me non aliter, quàm* rupes *ali-*



g) c.17. de vit. beat.

*qua in* vadoſo mari *deſtituta*, *quam*
*fluctus non deſinunt*, *undecunq; mo*
*ſunt*, *verberare*, *nec* ideò *aut loco eam*
*movent*, *aut per tot ætates crebro incu*
*ſu ſuo conſumunt. Aſſilite*, *facite imp*
*tum*, *ferendo vos vincam. In ea*, *qu*
*firma & inſuparabilia ſunt*, *quicqui*
*incurrit*, *malo ſuo vim exercet : proin*
*quærite aliquam mollem cedentem*
*materiam*, *in quam tela veſtra figa*
*tur.* *Amat* interim *victoria cantum*
*Næ* A*RION* *Delphini* ſuo inſidens expl
natâ fronte, *lauro* cinctus, jubila int
ſua, *per Summa per ima* vehitur, *qu*
*pia fata volunt.* Ut *lapis quadratus*
*ſic ſapiens*; nec *ferro*, nec *igni* ced
mens ejus prorſus adamantina; nec
ſentit percuſſum, quod *proprium ver*
*magnitudinis* eſt. h) Similis omnin
arbori iſti in majori inſula *Java*, cuju
medulla ferrea, fructus autem ejus fe



h) Senec, L. III. de Ira. c. 25.

ro lædi nequit. Si quis tamen calumnias & obtrectationes ſpargit, invidiamve conflat, hunc rideo & ſperno

*- - ut altus Olympi*
*Vertex, qui ſpatio ventos hyemesq́ relinquit,*
*Celſior exſurgit pluviis, auditq́ ruentes*
*Sub pedibus nimbos, & cœca tonitrua calcat.*

*Nolo laudari ab his, quorum* laus *mihi* vituperium *eſt, at nec culpari vereor ab illis, quorum* criminatio *mihi* laus *eſt.* i) Nihil remotius à veritate, referente *Joanne* XXIII. Papa, quàm vulgi ſententia. *Quicquid enim laudat, vituperio dignum eſt, quicquid cogitat, vanum, quicquid loquitur, falſum, quod improbat, bonum eſt, quod approbat, malum, & quicquid extollit, infame.* k)



i) L. VIII. c. 14. k] Heidfeld in Sphinge Philoſ. c. 24. p. m. 315. & Balæus in vit. Pontific

Quis divinaverit, quid ſerus afferat
veſperus? *Facti te fortè pigebit*, os im-
pudentisſimum, quando DEUS edu-
cet quaſi lumen *juſtitiam innocentis*, l]
tunc gladius intrabit in cor tuum. m]
Interea eſt mihi, ut *Antonio* Eremitæ:
unicus codex, tribus folijs totidemque
literis conſtans. *Liber* iſte *mundus* eſt.
*Folia* ſunt *cœlum*, *terra*, *aqua*. *Literæ*
ſunt illorũ domiciliorum *incolæ*: *Stellæ*
*& aves* in cœlo: in terra *animalia &*
*reptilia*, in aqua *piſces*. Hunc librum
noctesque diesque volvo, adeoque
horas meas & jucundas & fructuoſas
reddo. Naturæ enim contemplatio
eſt *voluptatis cœleſtis veſtibulum*, *per-
ennis jubilus mentis*, *porta tranquilli-
tatis*, *animi ſuperiorum cum inferis
conciliabulum*, *humanæq; felicitatis fa-
ſtigium*: *quod attingens anima è gravi*

*vel-*

---

l] Pſ. XXXVII. 6. m) Pſ. XXXVI. 15.

*veluti ſuſcitata veterno , lucisq; regionem ingreſſa , ſuiq; oblita, non tàm cœleſtis hominis , quàm terreſtris Numinis perſonam agere videtur*, dicente *Baſilio*. Pulcrè *Scaliger*: n)

*Qui ſevit, ab alto pluviam ſatis precatur;*
*At iter faciens, imbribus imprecatur atris:*
*Non ſæpè* Deus *placet, & tu placere credis?*

Vale, Venerande Lector, & vive terque quaterque feliciter, h. e. *cole* Deum, & *obſerva præcepta Ejus*. o) Sic erit *pax* intra *muros* tuos, & *proſperitas* in *domo* tua. p) Scripſi *Ferrariæ* Thuringorum anno à partu Virginis, Matris, MDCCII.

n) Epidorpid. L. III. o) Eccl. XII. 15. p] Pſ. CXXII. 7.

SIccine *lumbricus* laudum ſit præco tua-
rum ?
En! à *vermiculo* gloria quanta venit.
Euge *bonum factum !* pergas *feliciter!* orbem
Ut porrò poſſis irradiare libris.
*Liber* es, haud *Liber*, ſunt nulli *liberi* in æde;
Ergo Tibi à doctis ſplendida fama *libris.*

Ex officioſa manu

Conſtantini Zinglers/M.D.

MUltos *Franciscos Sanctos* cata *Roma*
creavit,
Queîs magnâ pompâ ſplendida feſta facit.
Unum *Franciscum* genuit *Ferraria* nobis,
*Chriſtianum:* quid vis amplius? eja ſatis.
Hunc ego non *Sanctum*, verum proclamo
*beatum*,
Mortem quòd ſpirans opprimat ipſe ſuam.
Ergo non moritur? moritur: vivetque: quid
iſtud?
*Ars* & *Virtus* in funere viva ſuo.

*A le-*

*A letho* excmta eſt *Virtus doctrinaq;* clara,
Hæ ſtabunt, quamvis cetera cuncta ruant.
Vivimus *ingenio:* hoc ſolum poſt fata ſuper-
ſtes;
Hoc te *immortalem*, ſi mereare, facit.
Quod chartas nobis ſcripſit Præclarus ARION?
Vivacis famæ quot monumenta dedit?
Vera loquor: *nunquàm* tantilla ſibi *otia* fecit,
Semper in officio ſedulus atque probus.
*Sex decies* cum plauſu docta volumina prom-
ſit,
In pluteis *decies bis* ferè ſcripta cubant.
*Hiſtoricus, Phyſicus, Medicus*, nitidusque *Po-
ëta*,
Prudens *Philoſophus, Philologusq;* bonus.
Teſſera cùi ſemper fuit hæc: *Candore, labore*,
Vici & proſtravi dæmonem & invidiam.
*Mopſule*, quid grunnis? *facti te fortè pigebit*,
En! ego tutus *per ſumma, per ima meo.*
Haud curo ranas: *ridet mendacia verum;*
Stat ſapiens, veluti *ſaxa quadrata:* bene!
Nulli cedo: *nec ferro*, maledicte, *nec igni*,
Arrige nunc aures, ſtyx, & averne, tuas!
Interea ſvavem *cantat Victoria cantum*,
Pſalmus erit: *Soli gloria ſola DEO!*

Viu-

Vindicias Tibi trado meas , Juſtisſime Vin-
dex ,
Næ, Te læſit, me lædere qui voluit.
Ringere ſed, latra, bauba, rabioſe catelle,
Dama ſtat in ſpecula plus animoſa ſua.
Sat mihi, quòd *paucis* placeam, *Juſtisq́;* , *Bo-
nisq́;*.
*Omnibus*, haud placet is, qui placuiſſe ſtu-
det.

Sic cenſet
Hieronymus Mühlenberg,
M. D.

CHRI

*Christi Favente Præsidio!*

# SECTIO PRIMA.

## QVÆ THEORETICA.

## CAP. I.

## NOMEN SISTIT.

§. 1.

Minimè aberrant à janua, ſecundùm deliramenta blateronum, qui, antequam rem ipſam explicant, de nomine ſolliciti ſunt. Potior equidem *rerum*, *nominum* tamen prior ratio habenda eſt. Initium enim eruditionis intelligentia *verborum*, uti argutè *Socrates* apud *Epictetum* loquitur. Vix enim, juxta Scholaſticorum dogma, capies, quid *rei*, niſi prius intelligas, quid *nominis*, cùm ipſa verba rerum notæ ſint. Apertè *Plato*: a] Διδάσκειν δύναμιν ἔχει, ὥςε ἐπειδάν τις τὰ ὀνόματα ἐπίςηται, ἐπίςασθαι καὶ τὰ πράγματα, habent *nomina* vim *res* docendi, ut, qui *nomina* rerum rectè noverit, *res* quoque *Prologus*,

 ipſas

a) in Cratylo,

ipſas perſpectas habeat. Itaque antiquum noſtrum obtinebimus, vocem *lumbrici* breviter expoſituri.

§.2. Veteres ſanè *vermis* iſtius virtutes compendiosè perſtrinxerunt, quod tamen majori pro parte per negligentiā ulterioris conſiderationis accidiſſe retur *Smetius*, b) in illis, qui quarundam rerum abditas proprietates (quarum cauſas inquirere debebant,) eruere impoſſibile eſſe ſibi perſvaſerunt. Dictum ergò putant quidam *lumbricum* à *lubricitate*, c) ut ſit quaſi *lubricus*. Interim mediam eſſe producendam, ſi non credis Q. *Sereno*, corripias licet per me, ait *Hofmannus* Altorfinus. d] Inde *lumbricoſus*, i. e. vermibus abundans. *Martinius* e] deducit à græca voce λῦμα, quæ *ſordes* & *purgamentum* ſignificat, & βρέχω pluo. Expurgantur enim è terra, cùm pluit.

*Etymolog.*

§. 3. Dicitur de eo, qui ex imis ſordibus ad ſummas dignitates evehitur, aliàs *terræ filius* audit, f) qui ex *ſterquilinio effoſſus* eſt. g)

*Homonym.*

*Foràs, foràs*, lumbrice, *qui ſub terra erepſiſti modo*,

*Qui modò nuſquam comparebas, nunc, cùm compares, peris.* h)

Non ſum ex reptilibus, ſeu *terræ odium*, i] di-

b] L.IV. Miſcell. Med. p. m. 233. c) Iſid. L. XII. c. 5. d) in Paralip. officinal. c. 12. e) in lexic philolog. f) Caſaub. ad Perſ. Sat. 5. g) Plaut. Caſin. a. 1. verſ. 26. h) Id. in Aulular. a. IV. ſc. 4. verſ. 1, & 2.

i) dicebat faſtuoſus *Willoughbÿ*, ich gehöre nicht unter die Erd-Würmer. k] Per *reptile terræ* apud *Hoſeam* l) metaphoricè *ethnicorum* tùm promiſcuum *vulgus*, tùm homines *terrena ſapientes*, & è gentilismo per Evangelij prædicationem ad Eccleſiæ Chriſtianæ conſortium traducti ac converſi denotantur. Quò ſpectat *vas plenum animalibus*, adumbrans converſionem gentium. m) Vidi olim in Imperiali *Lubeca* apud Eruditum Amicum nummum emblematicum, in cujus altero latere *lumbrici* è terra prorepentes, adque pulvinar holoſericum feſtinantes conſpiciebantur, cum lemmate: *audent, & gaudent*. In altero *upupæ* in *ſtercore nidulantes*, cum inſcriptione: *Stercus in eſcam*. Prudenti pauca! Abbas reformationis Ciſtercienſis ex puſilla familia proſatus, oſtio Muſéi ſui appingi fecerat *lumbricos è fimeto* reptantes. Cùm aliquando ipſum inviſerem, picturam intuens, ajebat: *Hæc ſunt inſignia gentis meæ!* digitum monſtrans in Pſalmam Davidicum n) *nummus emblematicus*

§. 4. Vocantur etiam *Vermes terreni* ſeu *terreſtres*, *pluviales*. Vermes à *vertendo*, quòd in multas partes ſe torquendo vertant, dum repunt, vel à *verrendo*, quia verrunt, i. e. interprete *Iſidoro*, ad oppoſitas partes ſe trahunt: alij à *Vere* derivant, quòd verno tem- *Synonym:*

 pore

i] Id. Bacch. a. IV. ſc. 7. verſ. 22. k) Eraſmus Franciſci in der Alleredelſten Liſt p. m. 243. l) II. 18. m] Act. X. 11. n) CXIII. 7.

pore exeant, *terreni*, quòd tempeſtate pluvi
ex latibulis terræ procedant. Paracelſus ba
barè *Melloës* nominat, o) Graji ἔντερα τῆς γῆς
*inteſtina terræ.* p] Germani Erd-Regen
Thau-Würme/Belgæ Pyren & Daw-Pi
ren/an quia ἔλαιος πίειρα pingvis, ſeu πυῤῥα
rubra? Mettel/μυδάλεος eſt ex madore pu
tris, à μυδᾶν fortè, inde Modder limus, ſe
mollius cœnum.

Obſ. §. 5. Incidit mihi hîc memorabilis hi
ſtoriola de *Andrea Pybren*, AA LL. & Ph. M
meo quondam in Academia Gröningenſi com
militone, qui ad adſpectum vivi *lumbrici* tot
tremebat, ἀναυδίᾳ plerumque ad tempu

alia ſubſequente. Vidi juvenem in Regia Acad
mia *Karolina* Scanorum, qui anno ætatis ſu
XIX. ſuperato paroxyſmo epileptico, ex ſob
terrore à lumbricis accelerato ἄναυδος factu
ad ſeptiduum. Ἄναυδος, inquam, i. e. pro
priè loquendo ἐδιαλέγεσθαι ἀδύνατος, q
fari, ſeu articulatam vocem proferre nequi
Ut ἀναυδία ad ſermonem: Sic ἀφωνί
ad vocem pertinet, Vid. Doctoris mei *J. Cor*
*nummij tract. de morbo attonito.* q) Ἄφωνος
autem eſt, ὁ φωνεῖν μὴ δυνάμενος, qu
vocem

o) Vid. Schröder. Pharmac. Med. Chym. l
V. Cl. IV. c. 108. Möllenbroc. de Varis c. 13. p
240. p] Dioſcorid. L. II. c. 61. q) art. 1. c. 4. §.
ſeq. & c. 35. §. 8. p. 163.

vocem emittere non poteſt. De *ἀναυδία*, caduci prodromo, vid. *Salmut.* r) & *Phil. Höchſtetter.* ſ) Verùm ἐν τῇ πραγμάτων γνώσει τὸ κατορθοῦν ἐστὶν, οὐκ ἐν τοῖς ὀνόμασιν: in *rerum* cognitione conſiſtit ſucceſſus operis, non in *nominibus*. Ergò properabimus ad definitionem. *Pericles*, quoties tribunal dicendi cauſa aſcendebat, Deos precabatur, nequid ſibi, præter ſuam voluntatem, excideret, quod ad rem propoſitam non faceret. t) Idem mihi deſiderium & propoſitum, *Chriſti Favente Patrocinio*! Auxilium enim meum à Domino. u)

## CAP. II.

## DEFINITIONEM AFFERT.

§. 1.

IN omni contemplatione *optimum inventionis initium eſt, priùs exactè cognoſcere, quidnam ſit iſtud, de quo diſputatur*, infit *Galenus* ad Thraſybulum. vv) Eſt ergò *lumbricus animalculum ſangvineum, frigidum, reptile, oblongo & rotundo corpore, ſexuq; diſtinctum, ac varijs hominum uſibus inſerviens.* *Definitio,*

§. 2. Dixi: *animalculum*. Communiter *animalculum,*

A 3 ad

r] C.II. obſ. 58. ſ) Dec. IV. c 4. p. m. 387.
t) Plutarch. in ej. vit. u) Pſ. CXXI, 2. vv) L. num ratio tuend. ſanit, &c. c. p.

ad inſecta terreſtria apoda refertur, eaque *im-perfecta*, ut vulgò & cum injuria Divinæ Ma-jeſtatis dicunt.

*Quinq; dedit ſenſus Natura animantibus illis,*
*Quæ ſunt* perfecta; *aſt aliis non tradidit o-mnes,*
*Atq; ideo poſſunt meritò* imperfecta *vo-cari,*
*Quales* lumbrici, *& talpæ, conchæq; marinæ,*
*Cochleaque, & ſpinis circumvallatus echi-nus.* x]

**Non imperfectum**

*Albertus M.* y) etiam ad *imperfectorum* claſ-ſem trahit, ijsqve vix duos ſenſus, *guſtum* puta *tactumq;* concedit. Ariſtoteles z) *olfactum* addit. Sed ſi omne, quod Deus fecit, valdè bonum fuit, a) ſi ſingula in ſapientia creata & ordinata ſunt, b) ſi ad laudes divinas vocan-tur etiam *inſecta* & *reptilia*, c) ſi dominium Adamo datum eſt in omnia animalia, ſpeciali-ter *reptilia*, d) religio utique mihi erit *imper-fectionem* aliquam admittere. Nemo *Chri-ſtianus* contra *Scripturam*, nemo *pacificus* con-tra *Eccleſiam*, nemo *probus* contra *conſcienti-am*, nemo *ſobrius* contra *rationem* aliquid ſtatuit vel defendit. e) At quid ſunt *imperfe-cta animalia*? quorum corpus non ita cohæ-ret

x] Palingen. in Libra p. m 192. y) L. XIII de animalib. z] G A I. 31 a) Gen. I 31. b) Pſ. CIV. 24. c) Pſ. CXLVIII. 10. d) Gen. I. 26. e) Auguſt. L. IV. de Trinit. c. 6.

ret, ſed diviſum quodammodo apparet, quæque *ſangvine* carent, & *ex putredine* oriuntur, f) Nihil horum de *lumbrico* dixeris. Corpus ejus bellè cohæret, nec ſangvine caret, nec *ex*, ſed *in* putredine naſcitur è ſuo ſeminio. Ergò non eſt *imperfectum* animalculum. Et ſi demum iſta *perfecta* habentur, queîs DEUS *quinque* dedit ſenſus, annon *lumbricus videt, audit, olfacit, guſtat & tangit*? eſt in eo *ſenſus communis*. Videt enim te ad ſe venire. *Imaginatio*, cùm incidit in aliquid ſibi gratum, affigit ſe illi, ſecus faciens in rupe, ſeu pariete, tanquam ingrato ſibi. *Virtus æſtimativa*, diſcernit enim ſe inſequentem ab eo, qui ſe non perſequitur. *Facultas conſervans*, ſeu *memoria*, accuratè novit adverſarios ſuos, quos fugit, non neſciens, mortem illos ſibi illaturos. *Vis cogitativa* extende manum ad eum, fugiet, retrahe & quieſce, ſic ſtabit, redibitque ad locum ſuum ab omni malo ſecurus. Alij ajunt, *perfectiſſima* generari ex coitu, *imperfectiſſima* e. g. vermes, pediculos, naſci ſpontè, *imperfectiora*, ut mures, & generari & naſci. g) At hoc Scripturæ & Naturæ contrariatur. Imò ſi fateri vera mihi fas eſt, *perfectiora* reliquis animalibus ſunt inſecta. Perfectionem enim animalculi non facit magnus membrorum numerus, ſufficit, nihil deeſſe in neceſſarijs, debito loco poſitis. *ſed perfectius*

A 3 §. 3.

f) Magir. L. V. Phyſ. c. 14. p. m. 461. g) Horn. L. I. H N. c. 9.

*Sangvineum frigidum,* §. 3. Rectè igitur ſubtilis *Williſius*, me[illegible] quondam in Regia Academia Oxonienſi D[illegible] ctor, h) *ſangvinea* inter *frigida*, infimi lic[illegible] ordinis, ponit, quia ſubcruento humore præd[illegible] tus, ipsâ conſentiente αὐτοψίᾳ, & varia i[illegible] eo viſcera, eorumque uſus ac organa vitalia[illegible] Summo creatore ad ſtuporem usque elegan[illegible] ter & mirabiliter fabrefacta.

*Reptile.* §. 4. *Reptile.* Tota corporis compag[illegible] (ut in alijs inſectis) muſculorum annulariu[illegible] quaſi catena eſt, quorum fibræ orbiculares ſ[illegible] contractione quemque annulum anguſtiore[illegible] & longiorem reddunt: expanſione verò ſ[illegible] breviorem quidem, ſed latiorem & ampliore[illegible] efficiunt. Putat *Caſp. Hoffmann*, i) interſ[illegible] tia illa loco medullæ, adeoque cordis eſſe. V[illegible] rùm annullaria iſta diſcrimina, quæ internod[illegible] quaſi quædam elatiora, & colore candidio[illegible] conſpicua corpus ambiunt, abſolutè in omn[illegible] bus individuis non reperiuntur. Cum pr[illegible] grediuntur, alterutra ſaltem extremitas corp[illegible] ris nonnihil proſerpit, & mox totam ejus re[illegible] quam portionem poſt ſe trahit. *Steph. Bla[illegible] ckard*, k] vermes hosce, ut amphibenæ qua[illegible] dam ſpecies, verſus utramque ſui extremit[illegible] temita repere, & oppoſitam alteram poſt[illegible] trahere ſcribit, quod obſervatione illuſtra[illegible] *Obſ.* conatur. Cum in horto, ſubſecutâ pluvia[illegible] ferem[illegible]

h) de anim. brutor. c. 3. i] in Paralip. me[illegible] officin. c. 12. k) im Schauplatz der Raupe[illegible] &c. p. m. 175.

ſerenâ tempeſtate, conſpiceret vermem è terra egredientem, qui parte anteriori candicans & exangvis, parte verò poſteriore (ex ordine inceſsûs) niger præ rubedine, ſeu lividus apparebat, ipſeque nihil cibi reperiret, parte illâ, quæ priùs poſterior, progrediendi ordine, fuerat, iterum in alium locum terræ introitum ſeu foramen impegit. Ex quo conjicit, partem poſteriorem, quæ antea caudæ loco erat, jam pro capite ei inſerviiſſe. Sed hoc ex illo non ſequitur. Quæ enim argumentatio: hâc parte terram fodit, ergò caput eſt. Contrarium vides in cancris, caudæ beneficio, præſertim in aqua, non ſegniùs retrorſum remigantibus, imò & in ſcrobes ſuos ita retrorſum ingredientibus, quàm juxta capitis poſitum alias antrorſum progredientibus. Imò manifeſta eſt ſtructuræ diverſitas inter hanc utramque lumbrici terreſtris extremitatem, quorum altera, quæ magis legitimè capitis dignitatem tuetur, non modò rotundior, calore ſaturatior, & manifeſtatiore oſculo inſtructa apparet: proximè etiam verſus ipſius regionem annularis illa protuberantia, in quibus horum vermiculorum reperitur perpetuò ſita obſervatur: ſed etiam hæc ipſa oppoſita pro poſtica veriùs ſeſe gerit, ſi nihil aliud, excrementa certé ejiciendo. In corpulentioribus animalculis hiſce notantur etiam aliqui velut leves aculei, ſeu hiſpidæ prominentiæ, quêis firmius rebus, ſuper quas ſerpunt, præcipuè ſub aſperis, ſeſe applicare, adeoque progreſſum ſu-

um promovere queunt: prout etiam ipſæ an-
nulares illæ corporis ipſorum diſtinctiones in
inæqualiter ab antica capitis ipſorum regione
ad poſticam, ſeu caudam conformatæ depre-
henduntur; ut ſi quis foraminibus ſuis maxima
partem adhuc immerſos capite prehenſos extra-
hat, facilè ſeqvantur, contrà verò poſtica ſu
parte prehenſi ita firmiter quaſi aſperitate qui-
dam terræ adhæreſcant, ut improvida tractione
facilius diſrumpantur, quàm evellantur. Enim
verò quòd ſe tàm flexibiliter moveat vermi
varijsque gyris ſe torqueat ac vertat, id totum
divinæ præſtantiorique naturæ debet acceptum
referre, à quo ea proficiſcitur. Quamobrem
ait *Ulyſſes Aldrovand.* meritò accuſandi Auto-
rum plurimi, qvi negligenter admodum horum
vermium naturam perluſtrârunt, ac memoriæ
mandârunt poſteris, indignum putantes, ea
pluribus laudibus celebrare ac intueri, quorum
ortus putidus, lubricum & æquale corpus ocu-
los aſpicientium mentemque ſcribentium aver-
tant ac deterreant. Credibile, *lumbricos*, ut
ceteros *vermes*, die quinto à Deo creatos licet
*Gerhard.* l) id otiosè magis quàm fructuoſe
quæri autumet. Atat viliſsimi animalculi con-
templatio plurimarum, ne dicam omnium alia-
rum rerum, ſcrutinium longo poſt ſe interval-
lo relinquit. m)

*auto-rum diſſidia*

*oblongo & rotundo corpore,*

§. 5. *Oblongo & rotundo corpore*, uti nos-
ſtr

l) Comm. in Geneſ. ad c. 1. p. 26. m) Sce-
ger orat. inaug. de Curioſitate Phyſica p. 37.

ſtri ſunt, inſimul rubri aut pallidioris coloris, quamdiu ſani ſunt. Sin: flavi, viridis, atque lividi. Reliqui, aſcaridibus ſimiles, modò lactei, modò nigri coloris ſunt, notante *Agricola*. At hi ſata ſubruunt, teneris radiculis abſumtis, quod de noſtris majoribus innoxijs haud dicendum eſt.

§. 6. Ceterùm quòd homo *animal* vocetur, indignè tulit CL. *Helmont.* n) inquiens: Quod Adam, cùm ſit creatus in poſſeſſione immortalitatis, non intenderit Deus, quòd homo eſſet *animal*, nec naſceretur, conciperet, viveretve ùt *animal*: ſiquidem creatus eſt in animam viventem, utque eſſet imago Dei proxima: Diſtabat ergo tam procul à *natura animali*, quantum *immortale á mortali*, atque Deiformis creatura à bruto. Quod ſanè amplius eſt quam toto prædicamento. Summèque eſt admirandum & indignè ferendum meritò, quòd ſcholæ Chriſti hæc credant & fateantur: attamen hominis eſſentiam adhuc modo, ab *animali natura*, eſſentialiter deſumunt, quoniam quantumvis homo mortem ſibi dein conſciverit, ac naturæ animantum proinde vicinior factus videatur, non ſtetit tamen in manu ſua, poſſe imaginis divinæ ſpeciem invertere, prout nec cacodæmon de Spiritu factus eſt animal, etſi odio vitiisque brutalibus propinquior &c. Conf. *Majer.* o) & *Kirchmajer.* p)

*homo an animal?*

§. 7.

n] in theſ p. m. 537. o) ſept. Philoſ. ænigm. 295. p) comm. ad Senec. γνῶθι σεαυτὸν p. 15. ſeq.

ſexû di-ſtin-ctum,

§.7. *Sexu diſtinctum.* Non enim ſunt ani-malcula hermaphroditica. Confirmat *Aldro-vandus* ſexûs diverſitatem ipſumque coitum. Tangere ſe, ait, plus quàm dimidia ferè corpo-ris parte, atque ita arctè ſibi invicem cohærere, ut non niſi *duriuſculo calcatu & frictione pe-dum* abſiſtant. Videri autem, cùm coëunt, velut unus ſaltem *lumbricus* in medio corporis paulò craſſior ceteris eſſe. Femellæ ex ovulo-rum præſentia manifeſtè à maſculis diſtingvun-tur. Ex his ovulis ſtatim *vermiculi* hi ſuâ for-mâ, ſine prævia alia mutatione, naſcuntur. Co-itum verò *Svvammerdam* q) haud obſervavit. *Ranthin* r) putat, generare poſſe vermes, non quidem per ſexûs diſtinctionem, aut coitum, ſed certo alio, nobisque non apparente, modo. Delirium *Avicennæ*, *Alberti*, ipſiusque *Cardani* narrante *Magiro*, ſ] omnia animalia in matri-ce genita, poſſe etiam extra eam à putrefactio-ne oriri. Audacter etiam *Jonſton.* t) *vermi-um mater putredo* eſt. Cui errori ſe affinem fecit *Rolfincius.* u) Rectius verò *Sennert.* vv) ſeminalis vis ad certam ſpeciem producendam requiritur, putredo ſaltem *calorem* ſuppeditat, à quo vis ſeminalis excitatur, quam vim Deus iis indidit. x)

§.

q) in H. general. inſect. r) de morb. puer. S. 2. c. 6. p. 319. ſ) L. V. Phyſ. c. 14. p. m. 451. t) Thaumat. nat. CL. VIII. c. 24. a. 1. p. m. 370. u) L. III. Epit. aff. partic. c. 20. p. 31. vv) de conſ. & diſſ. c. 12. p. m. 348. x) Gen. VIII. 11.

§. 8. *Variis hominum uſibus inſerviens.* Cur Deus tot inſecta produxerit, rationes dabit *Kircherus.* y) Uti propter hominem totus mundus factus eſt: ita nulla dari poteſt ſpecies, quæ non homini ſuum offerat ſervitium. Homini lucent ſidera, coguntur nubes, funduntur imbres, aſſurgunt montes, deſcendunt valles, germinat terra, & parturit univerſa Natura. Unde *Scalig.* ait: Homo propter Deum, propter hominem mundus factus eſt. z) *Lumbrici* ſanè noſtri varijs hominum uſibus fideliter inſerviunt, uti ſequente ſectione cuncta diſtinctiùs & prolixiùs explanabimus. Pſallamus igitur: a) *Domine, quid eſt homo, ut memor ſis ejus, quem feciſti, Dominum omnium operum manuum tuarum, cui omnia ſub pedes ſuos ſubjeciſti, propter quem omnia condidiſti:* quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra! In quæ verba ita Præſul Hipponéſis: b) *Omnia pedibus hominis ſubjeciſti, ut ſolus homo totus tibi ſubjiceretur. Et ut tuus totus homo eſſet, ſuper omnia operæ tua dominatus eſt homo; exteriora nempe, quæ pro corpore cuncta creâſti, ipſum verò corpus pro anima, animam verò pro te: ut Tibi ſoli vacaret, & Te ſolùm amaret, posſidens Te ad ſolatium, inferiora verò ad ſervitium. Quicquid enim cœli ambitu continetur, inferius ab anima huma-*

*Variis uſibus inſerviens*

y) L. XII. Mund. ſubterr. S. II. c. 9. p. m. 374. ſeqq. z) Sperling. Inſt. Phyſ. L. IX. c. I. qv. 2. p. m. 1292. a) Pſ. VIII, 1. ſeqq. b) in ſoliloqv. c. 20.

*humana eſt, quæ facta eſt, ut ſummum bon[…] ſuperius poſſideret, cujus poſſeſſione beata[…] ret; cui ſi adhæſerit, cunctorum mutabili[…] inferiorum neceſſitudines ſupergrediens, i[…] Summæ Majeſtatis, cujus æmulatur ſpeciem [… …] ternæ immortalitatis faciem cum ſerenitate[…] debit.* Uti ergò finis primarius eſt *gloria D[…]* c] ita *ſecundarius*, isque tùm *generalis*, *bon[…] hominis*, d] ideò cùm Deus in pœnam pecca[…] rum antiquioris mundi reptilia diluvio dele[…] pœnitebat, ſe ea feciſſe, *in uſum* ſcilicet *bo[…] num*: *ſpecialis*, nempe bonum *electorum*, ſeu [… …] rum, quos Deus in gratiam recepit. e) Verè pulchrè *D. Chriſt. Matthiæ*: f) Nulla cr[…] tura in toto mundi theatro reperitur: quæ n[…] conducat homini, vel *ad eſum*, vel *ad uſum*; […] *ad luſum*, vel ad *remedium*. Multæ quoq[…] propoſitæ nobis ſunt in *exemplum*, idque t[…] *ſequelæ*, tùm *cautelæ*. Unde homo ultimo […] à Deo creatus inque mundi theatrum eſt tra[…] ctus, ut ijs creaturis, velut Dominus, uteretur, […] Dei laudem & ſuam utilitatem.

CA[…]

c) Pſ. CXLVIII. 10. d) Gen. I. 26. 28. […] Hoſ. II. 18. f) in Syſt. Theolog. g) orat. de laudib. Ariſtot. p. 31. h) Pſ. XCVIII. 1.

# CAP. III.

## EXHIBET SPECIALIOREM DESCRIPTIONEM.

§. 1.

*Um demum* (ait Nobiliſſimus *Conring.* g) *quia natura rerum valeat, intelligimus, cùm videmus illam, non quâ parte omnibus patet, ſed quâ ſe peplo tegit, qua ſe abſcondit, & ſuis ſe tenebris involvit: cùm quid homo, quid animal, quid planta ſit, cognoſcimus: cùm ſcimus, quæ illa ſit admirabilis corporum ſtructura, quid protrudat flores, quid cogat ſemina: quomodo ex levi gutta & minuto corpuſculo prodeant tàm admiranda; cùm non latet nos quid in terræ viſceribus, quid in aquarum profundis, quid in illis cœli ſubjicibus,* (ut Enniano utar verbo,] *quid inter ſidera excelſa agat Natura atque operetur? Hoc demum eſt de natura philoſophari, niſi ad hæc acceſſeris, philoſophari non eſt pretium.* Collimabimus ergò ad hanc metam, rimaturi magnalia Jehovæ, & cantaturi Domino canticum novum, quia mirabilia facit. h) *de natura philoſophandum,*

§. 2. Bruta ſangvinea alia *calida* ſunt, alia *frigida.* Ratio deſumitur tùm à *qualitate ſulfuris,* ſeu magis & minùs iſti gaudeant, tum à *vitæ genere.* Alia nimirum *aëra*, alia *aquea*, alia *terreſtria* ſunt. Horum poſteriorum ſanè ſangvis parciore ſulfure temperatur, ne aliàs ſuprà modum

dum efferveſcens ociùs ſuffocetur : quin &
lorum animas , naturæ licèt igneæ , hypoſta
non flammeam , ſed halituoſam habent , q
ſcilicet in vapore vix ac ne vix accenſo con
ſtens , ceu ignis fatuus,calore ſenſibili privat
*qui o-ptimi?* Ad hæc pertinent *lumbrici* noſtri. Opti
cenſentur , quorum colla annulo rubeſcen
(flaveſcentem mavult *Etmüller.* i) cinguntu
Cùm portio corporis ſuperior elongata & e
porrecta ad ſpatium ulterius extenditur, ibide
que plano affigitur ad ipſum quaſi ad centru
interior corporis portio relaxata & abbrevia
facilè pertrahitur.

*probo-ſcis,* §. 3. Supra oris hiatum *proboſcide*, q
terram perforat & elevat , donatur. Pluv
præſagium eſt, ſi terrâ quaſi terebello pertu
gregatim foràs erumpunt , præſtolantes ul
riorem humiditatem, cujus initia in aëre hu
diore tunc perſentiſcunt. Apparet etiam ſu
*cere-brum,* oris hiatum *cerebrum* minutiſſimum inſtar b
lulæ albeſcens. Dein paulò inferius *œſoph*
*gus* cum muſculis locatur , ductu inde recto
ventriculum deſcendens , juxta ſummitat
*cor* œſophagi *cor* palpitans reciprocas ſyſtoles
diaſtoles vices (ùt in brutis perfectioribus ] h
bet. Rati ſunt antiqui Philoſophantes, inſe
*pulmo,* carere *pulmonibus*. Contrà oſervationes *M*
*pighianæ* clarè probant , plures ea habere *p*
*mones* , quàm reliqua animalia. Qvidnî e
reſpirent ? Quò plures verò *pulmones* in i

i) T. I. Opp. p. 823.

ſectis, eò plura quoque *corda* in ijs. Bombyces ſanè tanta *cordium* multitudine donatæ ſunt, ut catenatim quaſi à capite ad podicem ex meris *cordibus* conflatæ videantur. Ex hac pulmonum cordiumque copia videmus, quòd licet inſectum in aliquot particulas inciſum ſit, hæc tamen & iſta diu adhuc ſigna vitalia prodat.

§. 4. Ex utroque cordis latere, & inde paulò inferiùs, *corpora albicantia* & nonnihil *globoſa* (à *Williſio* monſtrata) k) utrinque in tres velut globos diſtinctos conſtituuntur: quorum duo ſuperiores nitiidùs albeſcunt & minores ſunt, infimus autem globulus utrinque duplo major & inſtar farciminis oblongus eſt. Inter hæc cornua albicantia, & magis retrò, alij globuli minores, quaſi carunculæ exiguæ & ſubflavæ in duplici ſerie: Scilicet utrinque modò quatuor, modò quinque aut plures reperiuntur. Medio horum corporum inſignes ductus ſangviniferi incedunt, inque iis pulſatio notabilis, velut in vicinia cordis conſpicitur. *Corpora alba,*

§. 5. Cui autem uſui prædictæ partes inſerviant, non ita facile dictu eſt. Nulla in iis cavitas. Ex his verò globuli quidam aperti & expreſſi humorem lacteum exſudant. Hinc pro corporibus ſpermaticis habet *Williſ.*, præſertim cum hæ partes non in omnibus *lumbricis* eodem ritu conformentur. *Lumbrico* gravido diſſecto, corpora iſta albicantia majora, & *Cui bono? corpora ſpermatica,*

B ſub

k) de anima brut. c. 3. p. 20.

ſub farciminis ſpecie oblonga, ovis quamplurimis referta vidit Idem. Præterea regione horum corporum in pectore *lumbricorum* duæ papillæ candicantes cum foraminulis prominent, quæ pudenda eorum eſſe videntur. Sic *Malpighius* in ſcarabæo, aliisque inſectis, circa ventriculum ſubalbos quosdam globulos (ut hîc in *lumbricis*) reperit, ipſorumque copia portionem ejus circumdari ſcribit, qui dubio ſine ſpermatica corpora in iis ſunt.

*ventriculus* *inteſtinum* §. 6. Infra hæc corpora albicantia ventriculus eſt mole inſignis, & cavitate ſatis ampla præditus, in tres regiones, ſeu ventres ſubdiviſus. Ex horum infimo inteſtinum procedit, ductuque recto ac longo usque ad caudam defertur, & toto ſpatio à ſingulis muſculorum annularium interſtitiis ita comprimitur, ut instar coli in perfectis animalibus (loquimur hîc cum vulgo, ſiquidem omnia ſunt perfecta,) in plures cellulas diviſum appareat. *Hieronymus Fabritius ab Aquapendente* dubium facit *lumbricis* ventriculum, l) inque ijs vix ἀνάλογον quid reperiri autumat. Aſt in omnibus liquido alimento magis abſolutè utentibus nullâ unquam inſigni ſtructurâ ventriculus eorum à reliqua inteſtinorum compage diſtingvitur, niſi fortè capacitatis & roboris majoris.

*vas ſubflavum* §. 7. Inteſtino dicto per longum diſſecto, àque ſtercoribus ſuis repurgato, in fundo ejus vas ſubflavi coloris toto ductu, ſcilicet cau-

l) Tr. de Ventriculo p. 47.

auda usque ad ventriculum diſponitur, ibidem erò immergens & ſtomachi parietes perretans usque ad caput exporrigitur. Hoc vas everà tubus eſt, qui per fiſtulam inflatus cavitaem amplam prodit, cumq; ductibus & vaſis iſtis, uæ *Malpighius* ſuper inſectorũ ventriculũ & inſtina exporrigi notavit, analogus videatur, *heatis* & *meſenterij* loco eum eſſe ſuſpicari licet. *hepar & meſenterium,*

§. 8. *Coëuntes* propè capita mutuis ex aderſo amplexibus ſe ſtringunt. In quibusdam *coitus,* *umbricis* circa caudam ex utroque inteſtini lare plura interdum ova, tunc ad excluſionem arata vidit *Williſ.* m) quæ quidem à partibus enitalibus illic deſcendiſſe viſa, per ductus in num patente foràs eduntur. Malè igitur *Samuel Dale* n) animalcula hæc *hermaphroditica* ocat. o) Quòd verò in pingvibus animalium xcrementis naſcantur, ratio eſt, quòd *ſeminijs* ta turgeant. Nonnunquam ipſi *vermes* ex imia ſiccitate ſeu humore corrupti in propriis adaveribus *ſeminijs* imprægnatis reperiuntur. *ircherus* p) artificialiter ita eos producit. *artificialis productio,*

℞. *Lumbric.* plures ſiccatos in pulver. conæ lateritiæ, terræ pingvi & dulci impletæ ſeelias, dein aqua pluviali eam ſubinde riga, & tra tres, ſeu quatuor dies totam illam terram ovâ *lumbricorum* pullulagine ſcatere cernes, imò quidem ſub magnitudine *vermium*, qui *caſeo* naſcuntur, dein quoque pingvi illo ter-



m) l. c. p. 21. n] in Pharmacologia, o) Vid. 2. §. 7. p) L. XII. Mund. ſubterran. p. m. 357.

ræ ſucco nutritos in veros *lumbricos* excreſc
videbis. Hinc ſtatim poſt pluvias & imb
terram pingvem dulcemque ſemper *lumbri*
ſcatere deprehendes tanto numero, ut ipſas
mitas expleant.

Vel:

℞. *Lumbricos*, expone Soli ferventi, ſta
morientur, quos poſtero die, ſi examinave
innumerabili vermiculorum multitudine c
pertos videbis, quos ex cadaveris ſeminali
partibus inſtaurari non eſt dubium.

*pedes,* §. 9. *Pedunculi* ſerie quadruplici per
tam longitudinem *lumbrici* diſponuntur,
quaſi totidem uncis partem modò hanc, m
iſtam plano affigit, dum alteram exporrigit,
poſt ſe ducit. In corpulentioribus indivi
obſervamus leves quoſdam aculeos, ſeu hi
das prominentias, queîs firmiùs rebus, ſ
quas ſerpunt, ſeſe applicant. q]

*foramina in dorſo,* §. 10. In ſummitate *dorſi*, juxta ma
nem cujusque annuli, *foramina* toto ferè d
à capite ad caudam continuantur, quibus, ſi
fiſtulam inſufflaveris, mox partes ſubjecta
tumeſcent, inteſtini ſtercoribus huc, illuc,
ſum vel deorſum propulſis. His foramin
ſi premantur, humor albus, viſcoſus, & in
dum lacteus exſudabit, qui videtur mucus,
tates illas illinens, & contra aëris inclemen
muniens. Dubio procul hæc foraminula
dem tracheæ ſunt, quæ, uti in exangvibus i

q) conf. c. 2. §. 4.

ſtis,numeroſæ,perque totum corpus diſperſæ, pulmonum vices ſupplent,atque aerem pro inſpirando liqvore vitali nitroſum hauriunt, eandemqve mox effœtum egerunt. Siccine *lumbrici* reſpirant? parùm, interdum ferè nihil. Aliqvando enim ſuprà tres menſes profundè in terra abſconditi latent vivuntqve. Imò ſi trachearum foramina oleo illinas, non uti exſangvia inſecta ſtatim emoriuntur, ſed oleo immerſi, adhuc illæſi, natant in eo diuqve ſuperſunt. Si verò calorem illis moderatum adhibeas, ocius intereunt. *reſpiratio.*

§. 11. Licèt ignis & flamma, præter pabulum à re ſubjecta *ſulfureum*, aliud ab aëre *nitroſum* neceſſario reqvirant, qvo denegato vel ſubtracto, repentè extingvuntur: Veruntamen ſi materia ex ſulfure & nitro [prout in pulveris tormentarij compoſitionibus ſolet] ſimul miſtis concreta accendatur, ignis iſte vel flamma in mediis undis, aut intra ſpatium aëre vacuam ardeſcet, qvia ſcilicet utroqve pabulo intus contento ſupplementa ab extra haud ſtatim deſiderantur. Pariter circa animarum brutarium hypoſtaſes & accenſiones habere ſupponimus. Nam licet harum plurimæ in humore vitali accenſæ pabulum ſulfureum ab intus nitroſumqve omninò ab aëre ambiente hauriant, in qvorundam verò, qvæ undis, ſeu telluri deſtinantur, ſangvine multùm ſulfuris craſſi & terreſtris, cum modico nitri, & perexiguis tantùm ſpiritu, & ſale volatili ita temperari poteſt, ut *pabulum* 🜍 *nitroſum.*

iſte in vitam accenſus igne tacito & ferè ſu
preſſo ardeat,neqve pabuli nitroſi aut multi
continui acceſſum ab extra reqnirat , ſed cu
penſum ejus inteſtinum qvoddam habeat, ſe
riùs in terra aut aqvis , qvàm in aëre aperto i
cendium agat. Siqvidem ab hoc particu
ſulfureas nimis ac cendi, & proinde animæ c
ſin citò everti , periculum eſſet. Quaprop
ejusmodi animalcula ignem aut calorem ext
num , qui ſulfur internum agitare & nimis
deſcere facit , maximè exhorrent. Utcunq
licet horum animæ minimo contentæ ſunt
gne , ac iſte interdum velut cinere cooper
torpeſcere ſinatur , attamen ad ipſum quam
licebit perennandum, & pro data occaſione
gendum aut reprimendum, iis omnibus reſpi
tionis organa conceduntur. Et quidem ſa
gvinea frigidiora ſulfure copioſo (quamvis p
cè accenditur,) imbui conſtat, quia *lumbrici* c
putreſcentes fœtorem peſſimum exhalant. P
ro ſalinas, quæ horum temperamenta ingre
untur, particulas maxima ex parte nitroſas e
ac in vitæ pabulum impendi, inde liquet , q
ex illorum corporibus, analyſi chemica reſc
tis, neqve ſal *volatile* neqve *fixum* elicies. r)

*cibus*, §. 12. Cibus *lumbrici* eſt *terra*, ſeu *lu*
pingvior Salino-nitroſus , ut vides ex mag
quantitate intra corpus & inteſtina ejus reper

*Niſi tu acervum ederis, aut quaſi* lumbri
terram. ſ)

Ve

r] Williſ.l.c.p.22 , ſ) Plaut.

Veteri fimo copioſiùs appropinquat quàm recentiori ob acrimoniam ſalſi & urinoſi ſalis, eidem adhuc inhærentis, qvod pleriſqvè mollioribus animalculis exitioſum eſt. Idcircò fœcundiores pluviæ citiùs ad ſuperficiem terræ eos evocant, diuturniores contra & ſteriliores, profundâ humectatione terram imbuentes, potiùs profundiùs eos intra terram pellunt. Veſcuntur qvoqve exſudante è radicibus ſucco. Sæpiùs enim has circùm reperiuntur, ipſis verô radicibus adhæreſcere, ſeu easdem arrodere, non facilè conſtabit. Cùm tamen teneriores *lactucæ, raphanorum* &c. germina per noctem inſigniter arroſa ſeqvente manè invenias, non apparentibus aliis circa ſignis, præter hujusmodi *lumbricorum* cuniculos in vicinia conſpicuos, ſuſpicio in eos cadit: firmiores verò plantæ hoc damnum ab iis vix metuent.

§. 13. Ipſi contrà multis in alimentum cedunt, *piſcibus* putâ, *gallinis, talpis, anatibus, corvis*, aliisque avibus. *hoſtes ejus*

*Nunc ab tranſenna hic turdus* lumbricum *petit.* t)

Primarius eorum hoſtis eſt nigerrimus *vermis Martialis*, magnitudine farinarum haud excedens, multis pedunculis, craſſitie calami ſcriptorij, & præter propter longitudine membri digiti. Tempore vernali valde eſt macilentus circa æſtatem verò adeò ſe impinguat, *lumbricis terreſtribus*, ut ob craſſitiem vix ſerpere queat. *Vermis Martialis,*



t) Plaut. Bacchid. a. IV, ſc. 6. verſ. 22.

queat. Statim in terra ſe illis agglutinat oriſi-
cio ſatis mordaci optimum ſuccum exſugendi.
Hunc hoſtem *lumbricus* avertere nequit, quam
præ anxietate & cruciatu prodit, adhærente ta-
men adhuc adverſario, & quidem tamdiu, do-
nec ſe ſucco ſuo ſatis ſaturârit & turgidum red-
diderit, tunc ſponte ſua decedit. Vidit *Glauber*
u) duos hoſce vermes diu extra terram inter ſe
certâſſe, ita ut interderdum minor, hoſti ſcilicet
alterum valde læſerit, quod vulnus autem ſubi-
tò hic curavit, ſi modo ociùs in terram ſe reci-
pere potuit. Hinc cernimus, vetuſtiores *lum-
bricos* multa vulnera (licèt rurſus ſanata] inffi-
cta habere. Et ſi hic hoſtis ex uno *lumbric*
optimum ſuccum ſatis exhauſerit, illum ita re-
linquit, deque novo alij ſe affigit. De *talpa* vi-
de me alibi: vv] de *ſalamandra* D. *Jacob*. x)
*Sal* quoque iis infeſtus, y) ùt *Spiritus vitrio*
cum *oleo tartari*, z) nec non *Mercurius*, qui re-
ſolvit & enervat rigorem partium. Nam cùm
alimentum in ſingulas eorum partes motu pe-
riſtaltico devehatur, hoc ceſſante vitam quoque
ceſſare neceſſe eſt. a) De Mercurio autem *pu-
ti* longævo minùs noxio, vid. *Borrichius*. b]

card. ben. §. 14. Et veluti *carduus benedictus* lum-
bric

u) Pharmacop. Spagyr. P. II. vv) tr de talp
S. II. c 7. §. 4. x) obſ de ran & lacert. p. m. 11
y) Id l. c. p. 115. z) Blanckard. C. VII. obſ. 56. a)
Dec. I. Eph. Curioſ. ann II, obſ 24 p. 44. b) Vol.
IV. Act. Hafn. obſ. 52.

bricis adverſatur: c) ita *pulegium montanum* florens, quod caſu nuper obſervavi. Dum e- *pulegi-um,* nim *pulegium* iſtud recens cum floribus ſuis ancilla in ollam conjeciſſet, & vicini puellula duos *lumbricos*, vivos filo alligatos, forte eidem addi diſſet, brevî poſt utrumque mortuum deprehendi. Recordabar ſubitò novæ iſtius inventionis, quam in *Virginia* adhibent ad *ſerpentes ſonoros* *ſerpentes ſonori,* tollendos. Eſt enim quoddam ſerpentum valde noxium genus in pluribus Americæ regionibus, quod vocant *ſerpentes ſonoros*, quoniam cum extremitate caudæ ſuæ ſtrepitum edunt ſimillimum illi, quem tintinnabula mota faciunt. Animal ſatis magnum eſt quinque circiter pedes longum, fuſcique coloris cum luteo miſti. Lingvam habet bifurcatam, dentes longos & acuminatos, movetque ſe eum tanta velocitate, ut volare videatur. Hi ſerpentes, narrante *Sila Taylor*, navis Præfecto, ita occiduntur. *Pulegium ſilveſtre*, ſeu *dictamus* Virginius, circiter unum pedem altus folia pulegio ſimilia habet, parvosque cirrhos cœruleos in locis ijs, ubi rami conjunguntur cum caule & licèt folia ſint coloris rubri accedentis nonnihil ad viridem, aqua tamen, quæ deſtillatur exinde, jucundè flava eſt, & vino aduſto ſimilis. Folia illa contrita & lingvæ admota valdé ſentiuntur calida & purgantia. E quibus contritis ſumitur nonnihil, & annectitur extremitati baculi alicujus magni fiſſi, & additur proximè ad naſum ſerpentis



c) Petri de card. bened. c. 9 p. 137.

ſonori, qui res intendit omnes, ut ſe inde li
ret. Odor verò, ut credunt, occidit illu
nondum planè horâ dimidiâ præterlapsâ. Qu
experimentum factum eſt Menſe julio an
MDCLI. quô animalium iſtorum venenum v
hementisſimum creditur. d)

*vita, longitudo, craſſities,* §. 15. Ceterùm diu vivunt *lumbrici*, or
nariè vix ultra quatuor ſeu quinque pollices
briles *longitudo* eorum, craſſities autem ca
mum anſerinum ferè tranſcendit: aliqui tam
non modo ſex tales digitos longitudine ſu
rant, ſed & olorinnm calamum craſſitie æqua
Qui an *Zuccarole* Italorum apud *Jonſton.* ſi
haud ſatis liquet. Utplurimùm in fimetis, c
*captura,* ca ſepulcra & cœmiteria inveniuntur, eti
poſt pluviam nocturno tempore à pueris, a
motis laternis, facilè conquiruntur. Quid
ſal communem, in qua putamina juglandum
ridium exteriora macerata fuère, cuniculis,
quibus lumbrici iſti latent, infundunt, & eos
rem ſibi ingratam & moleſtam foràs proru
pentes capiunt: alij terram interdiu lixivio co
muni, ſeu aqua, in quo Vitriolum diſſolutum e
aſpergunt, & noctu egredientes *lumbricos* c
ligunt. Alii eodem tempore perfodiunt te
ram bacùlo, quem hinc inde agitant, ſic *lumb*
*ci* talpas metuendo copioſè prorepunt. A
de *Dravvizium*, e) *Glauberum* f) & *Mölle*
*brocium.* g] Effodiuntur etiam ſub terræ & ho
ti

d) Ephem. Erudit. aô. 1666. p. m. 100 ſeq.
de Scorbuto tit. 1. p. 71. f] P. I. p. 57.

torum cultura, ubi præcipuè hortulani aliquando generales eorum receſſus fodiendo offendunt, ſpatioſam nempe cavernam, in qua aliquot millia unà degunt, quod hyberno præſertim tempore fieri, & ſub primo vere, factâ terræ effoſſione, ita deprehendi tradunt. *Reptilibus terræ*, quæ movent ſe è clauſtris, ſeu *latibulis* ſuis, h) h. e. cum terra foditur, ſtatim proſiliunt, & trepidè huc illuc diffugiunt, comparantur hoſtes Eccleſiæ, qui tanta formidine percutiuntur, ubi Deus ad opem ferendam Eccleſiæ ſuæ ſurrexerit, ut diffluant paſſim. Piſcatores coqvunt *cannabim* in aqua, eamque cavernis & foraminibus *lumbricorum* infundunt, ut proripiant.

§. 16. De *Regeneratione lumbricorum* elegans exemplum notavit *D. Graſs*, Phyſicus Jeverenſis in Sileſia; i) Immiſerat tempore vernali *lumbricos* terreſtres bene lotos cucurbitæ vitreæ cum alembico cœco, ut calori moderato expoſiti in liquorem certis uſibus antiarthriticis, unà cum alijs ingredientibus, deſtinandum reſolverentur. Labor ex voto ſuccedebat, & liquor ex *lumbricorum* ſubſtantiâ productus per colaturam & filtrum à reſiduo terreſtri ſeparabatur. Sed magna reſtitans inſtar limi nigricantis quaſi terram agrorum communem aquæ adminiculo contriviſſes, cum ipſa cucurbita *lumbricorum* vivorum primo recipiente in lab o- *regeneratio,*

g] de Varis c.13.p.241. h) Mich. VII. 17. i] Dec.II.Eph.Curioſ,ann,IX,obſ.89.

laboratorij ſui menſæ alicujus angulo obſcuro nec radijs ſolaribus obvio, tanquam res rejicul reponebatur. Sed ecce poſt paucas ſeptimanas cùm planè aliud agendo cucurbitam illam fœtore jam abominabilem inſpiceret, & in ſuperficie vitri interna, prucipuè colli, undique pe reptantes videret *lumbricos*, primævis iſtis pl né ſimiles, niſi quòd paulò lucidiores, brevio res, & parte extremâ obtuſiores apparerent Obturavit igitur vitrum, leviter tamen, ne ora ejus, quod tentare videbantur, tranſcenderent Sic ergò partibus illis adhæſerunt per aliquo dies, donec ab illa obſervatione per alias occu pationes & itinera revocatus deprehendere ne quiverit, quamdiu hoſpites illi peregrini vixe rint. Alterum ſcripſit *Phosphorus* noſter a *Möllenbroccium*. k) De aſello vivo, & aſſumt ejus pulvere regenerato, & cum lotio excret vide *D. Jacob*, Profeſſ. Hafnienſ. l) I nunc, Me dicaſtercule. & propina puſiunculis tuis verm culis tuis verminoſis pulverem *lumbricoru* quem totus averſor.

*lumbric. urinâ rejectus,* §. 17. *Zacharias Veyler*, meus olim i Academia *Franequerana* commilito, ſpuriâ n phritide decumbens, tandem à Spiritu juni, p rino cum urina diu ſuppreſſa excrevit minutu lum *lumbriculum* magno cum gaudio ſuo. D varijs inſolitis vermibus *dracone alato*, animal culo *piæ* ſimili, *ſcorpio* &c. cum urina emiſſ

leg

k) l. c. c. 15. p. 271. & infra c. 5. §. 13. l) Vo V. Act. Hafnienſ. obſ. 105.

lege *Schenckium* m) & alios. *Hermanni Schmalzens* uxor *Margaretha Maria*, emerat aliquando Hamburgi minutisſimos iſtos piſciculos, quos Gründling & Elritzen vocamus; dumque pecuniam numeraret, ollam, in quam conjecerat ferculum ſuum, unà cum infante puella, in terram deponit. Puſio arripuit unum perpuſillum in aqua ſalientem, orique admovet, qui ultrò per gulam deſcendit. Altero die patitur aliqualem urinæ difficultatem, quâ tamen excretâ, ſimul piſciculus heri devoratus, vivus adhuc elapſus eſt. n] Fiſtulam octo digitos transverſos longam, deglutitam, & tertio die per alvum excretam depinxit *Bartholinus*. o) *Osſicula* per urinam rejecta habet Idem. p) & *Borellus*. q) Dederam Juveni Weſtfalo XXVI. annorum vomitorium è Sale Vitriol. & rad. aſarii, monens, ut futurum Naturæ conatum ipſemet adjuvaret. Intrudit minutam *pennam anſerinam*; ſed ecce, veſpa fortè prætervolans dextræ infigit vulnuſculum, quam incautiùs retrahens, pennam digitis elapſam improvidò deglutiit. Hinc maximè conſternatus me accedit. Ictui veſpæ impoſui theriacam immiſtis ſalviæ foliis, cetera commiſimus Naturæ. Non vomuit quidem, verùm quinquies alvum cum εὐφορίᾳ depoſuit. Quarto ab hinc die mane

*alia hiſt.*

m) L. III. obſ. 308. ſeq. Sect. poſter. n) conf. Blanckard. collect. P. I. obſ. 38. o) C. I. h. 59. p) Dec. I. Eph. Cur. ann. I. obſ. 3. q) C. II. obſ. 5.

ne urinam ſummo cum dolore guttatim exce-
nit, mox ſufflaminato halitu, membroque ſali-
vâ ſuâ illito, cum inſigni ſtrepitu profluxit rub-
cunda, inque ea penna hæc anſerina. Add-
memorabilem hiſtoriam *Nicol. de Blegnij.* r)
& *Blanckard.* ſ) *Anton Klebach*, Matheſ Studio-
febri malignâ ex contagio decumbens, popo-
ſcit à matre carnem vitulinam cum folijs ma-
joranæ coctam. Qua de portiunculam ſumſit
totum ferè jusculum cum appetitu abſorbens.
Altero die in aurora cum urina ſimul *majoran-
nam* rejecit, & pro infauſto ſigno habuit Medi-
cus, nec ineptè, ſi conſulas obſervationes *Ver-
belij* & *Moltheri* apud J. *D. Horſtium.* t) De
vermiculo *erucæ* ſimili per urinam excreto vide
*D. Gabrliep* von der Mühlen Archiat. Elect.
Brandenburg u)

*lumbricus albicans,* §. 18. De *lumbrico albicante*, in horto
ſub pyro reperto, fidem mihi fecit *Wallerus* no-
ſter. Ludit ubique natura & fingit pingitque
ſemper aliquid curioſi. Uti *Schröck.* noſter vv)
*ciconiam nigram* vidit; ita *Ambroſius Rhodius*,
Med. & Mathemat. Chriſtianiæ in Norvvagia,
*candidiſſimam* cygni inſtar.

Candida *venit avis, longis inviſa colubris*, x)
*Paſſerem* verè *niveum* vidit *Inſulanus* noſter
apud Comitem Homburgicum, & *D. Lach-*
*munal.*

r) ann. I.M. Febr. obſ. 4. p. m. 47. ſ] C.II.
obſ. 31. t) in Manud ad Medic. P.I. c.2. p. 122.
u) Dec. III. ann.I. obſ. 82. vv] Dec. I. ann. VIII.
obſ. 230. x) II. Georg. verſ. 320.

*und.* y) cum *Wormio* z] & *Schröckio.* a) *Cor-
os albos* oſtendet *Wizelius*, b) aquilam albam
*nöfel*, c) *aureolam*, *linariam*, *hirundinem*,
*alaudam albam Lachmund.* d] *Picam albam*
*V*ormius, e) fringillam *albicantem* D. Valen-
ni, f) Prof. Giſenſis & *D. VVagner*, g) *mu-
m niveum* Lachmund h) & D. Dolæus, i)
notacillam *niveam* habes in chron. *Hüxarienſ.*
) Plures hujusmodi curioſitates dabimus in li-
ello noſtro de *candore*. Monſtravit mihi nu-
er Wüllershuſæ puer mendicus figuram dimi-
ii *lumbrici* in ſiniſtro ſuo pede. Varias varia-
um familiarum notas, cùm genitivas tùm gen-
les, collegit CL. *Piccartus.* l) Adde *Digbÿ ar-
na Naturæ.* m)

§. 19. An vermes nivium *lumbrici* ſint
ec ne, latiùs diſquirit *Th. Bartholin.* n] Plu-
urg. Lorberkrantz P. III. c. 15. p. 532. n) L. III.
onſ. med. 22. add. L. II. epiſt. med. p. 324.
& 326. o) Tr. V. Chirurg. parv. p 91. p] C.
II. obſ. 19. q] l. c. S. XXXV. p. 487. r] L. II.
obſ. 17. p. 181. 184. ſeq 187. & 190. ſ] ſpi-
cileg. 8. p.m. 681. t) L. I. Prax. S. 3. p. 188.
u] Id. l. I. Prax. L. 2. c. 2.

# CAP. IV.

## DE USU LUMBRICORUM IN EPI-LEPSIA.

§. I.

(4) *epile pſia*

MEminit quidem inter medicame-
ta *antepileptica lumbricoru*
*terreſtrium Paulus Barbette*
Amicus olim meus in Belgio, w
& *Macaſius*, x) at ſolo verb
Apertiùs *D. Hofmann*, Med. Prof. Halenſ.
*Lumbrici*, inquiens, *terreſtres* eodem modo u
*viperæ* exſiccantur, præbentque pulverem, e
*facultatem admirandam* poſſidet ad *depulſa*
*dam epilepſiam*, etiam *chronicam*. Alibi
vocat *laudatiſſimum antepilepticum*. Exce
*Dolæus*, Fautor ſingularis, a) *nobile* hoc *rem*
*dium* ab ignobili autore ſibi revelatum, & præ
ſenti auxilio ſæpiùs cognitum ait, *lumbric*
nempe *terreſtres* in vino rhenano extinctos
exſiccatos, adque drachmam I. circa noviluniu
per tres menſes exhibitos, quô duos pueros XI
annorum feliciter reſtituti ſunt ſanitati. Expe
tus virtutes eorum in hoc morbo ſæpiùs *L. He*
*man*, Phyſicus Calæ - Altenburgicæ, unà cu
Exce

vv) L. I. Prax. c. 1. p. 8. x) Prompt. mat. me
L. poſt. S. 13. c. 22. p. 642. y) ad Poter. L.
p. 498. z) diſp. de therebinthin. c. 3. p. 21.
L. I. Encyclop. med. c. 9. p. 157.

xcell. *Schalio*, D. *Löuv*, b) & *Schopfio* noſtro, xercitato Practico, præſertim in caduco infanli preſſi CL. Virorum veſtigia, & unum altemque experimentum aliquoties feci feliciter. utius enim eſt, quàm *verminoſa coryli farina*, na de *D. Hünervvolff*.(c)

§. 2. Eſt in vicinia barbitonſor, qui in u- habet apud plebejos pulverem feliciter ſæùs expertum, ut ajunt, ex oſſibus tali leporis aſculi, corde cervino, *lumbric. terreſtr. pinioirib.* in ipſo plenilunio M. Maj. capt., addis aliquot granis antim. diaphoretici. De talo porino fidem quoque facit *Bartholin. apud onet.* d) nec reliqua temnenda ſunt. Alius ihi notus pulverem è corde talpino & pulloim corvinorum, ac *lumbricis* ipſo initio Maj. pt., cui aliquid CC. phil præp. addit, magnifat. Notabilis hiſtoria Borrichiana de *corde talpæ*, ceu ſpecifico antepileptico, *in Act. Med. Haffnienſib.* e) At unde tantæ vires talpæ? à *mbricis*, queîs veſcitur, *terreſtribus*. f] Adde cretum pulverem *Wideholtzij* apud *Sachſin* noſtrum. g) *pulv.*

§. 3. Bona etiam *aqua nervina Güldenſees*, *lumbricis* noſtris clara; h] Alius modò mplici *aquâ lumbricorum*, modò compoſitâ loco *aqua*,

b) de morb. infant. c. 24. p. 358. c) Dec. III. ph. curioſ. ann. I. obſ. 120. d) l. c. L. I. S. IV. c. 36. e) Vol. IV. p. 153. f) conf. tr. m. e talpa S. 2. c. 3. §. 1. g) Gammarolog. S. II. 3. §. 2. p. 636.

loco vehiculi frequentisſimè utebatur, aliquam
haud ſine ſucceſſu. Nobilis Matrona Weſtl
la é Gente *Malsburgica* fecerat ſibi aquam
fl. tiliæ, herb. rut. ſem. pœon. & cortic. auram
additis *lumbricis*, quam longè latèque in vari
infantum affectibus poſcebant mulierculæ.
ipſe novi, multoties omni ſatisfeciſſe voto. Mu
ta enim hujus rei exempla in Protocollis m
annotata ſunt.

*ſpiritus,* §. 4. Circumforaneus *epilepticis* crebri
dabat aquam antepilepticam *Langij* cum aq
ceraſorum nigrorum miſtam, inſtillato *ſpiri*
*lumbricorum volatili*, inſuper continuò ex *c*
*varia* bibere juſſit ægrum, *vinum* cane pejus
angve fugiendo. Uſum *calvariæ* felicibus ſu
ceſſibus ſæpiùs ſe expertum, præter alios ſcri
*Scaliger*. i] Vinum *Carolus Piſo* k) in cadu
pro veneno habet, ut aliquid ſalis impoſtor
iſtum habuiſſe conſtet. Dolæus l) ſpinæ do
infricari jubet *ſpiritum convulſivum lumbri*
*rum*. m)

§. 5. In *epilepſia ab utero* ſequentibus *o*
membra convulſa, facta prius ſenſim leniterq
eorum in rectum extenſione, inunxit *Güld*
*klee*. n)

R

h) in medicam. deſcript. caſibus annex.
m. 405. i) exercit. 112. p. 420. k] de mo
à feroſa colluvie ort. p. 145. l] l. c. L. 1. c. 9
151. m) Add. opp. Waldſchmid. p. m. 134.
L. 1. caſ. 12.

Rec. *Ol. lumbric. compoſit.* unc. ſem. *oleum,*
caſtor.
rutac an dr. iij.
amyd. dulc. dr. vj.
Pingved human. unc. ſem.
Ol ſuccin. rectif gutt. xj. M.

). *Carol. Schröter* o] admirandam ſiſtit epile-
ſiam, in qua uſus eſt etiam hoc oleo :

Rec. Ol. ſcorpion. *aliud,*
*lumbricor.*
caſtor. an. unc. ſem.
deſtill. ſuccin alb. ſcrup j.
zedoar.
cort. aurant.
origan. an ſcrup. ſem.

) *leum Jüngkenij* vide ſis apud Eundem p)

§. 6. In epilepſia puerorum *Riverius* q]
x oleo rutaceo & *lumbricor.* an. unc. ij. ol. ca-
tor dr. j. & aq. vit. parùm facit linimentum. A-
ud in Epilepſia cum paralyſi ſpuria poſt dolo-
es colicos & icterum habet *Horſtius,* r) & aliud
n eodem morbo poſt paralyſin dextri lateris,
um intellectus & ſermonis imperfectione con-
uncta *Idem.* ſ)

§. 7. Venuſta puella, flante auſtro, plerun- *hiſt:*
ue inſultum epilepticum ſuſtinebat cum ſpas-
no flatulento, aliàs ab hoc malo immunis. *Fro-*
*mon-*

o) Dec. III. Eph. Curioſ. ann. VI. obſ. 236.
) in Med. præſent. ſecul. accommod. P. II. S.
c. 7. d. 555. q] L. I. Prax: c. 5. p. 32. r) L. II.
bſ. 6. p. 90. ſ] Lib. cit. obſ. 21. p. 126.

*mondus* equidem,dominante hoc vento , t)
mines manifeſtè triſtes,moroſos,ſtupidos,ac
ſides cum Coo noſtro u) notavit, qui diſe
auſter,inſit, auditum hebetat , caliginem
obducit,caputque gravat , membris tardita
langvoremque conciliat. In quæ verba
Comment. *Holler*.Scholijs Doctisſimi *Liba*
illuſtratum,ut ideò nervosè vocetur *plum*
*auſter*. vv) Puella autem noſtra à laudato *P*
*tenio* feliciter curabatur. In ſpasmo uteb
D. *Simon Paulli* aqua,Illuſtri Viro D. *Theo*
*Reinkingio* JC.& Cancellario Regio Tycho
li , olim præſcripta, quam ſic auxit paravit

Rec. Herb.ſalv. Mj.
ſl tanacet.
verbaſci
chamomill Rom.an.Man.ſem.
caſtor. præpingv. & optimè in tal
conciſ.unc j.
Tabac.Virgin.unc. ſem.
*lumbric.vino bene lot*.num. xiv.

infund.in vin.aduſt. ex frumento parat lib
& ſem.pond.civil.ſtent loco calido ciner.
probè obturato per III.dies , poſtea fortiter
prim. & colat. S. pro uſu. S. Krampfwa
euſerlich zugebrauchen.

*ungvent* §. 8. *Ungventum* nervinum in *Phar*
*copœa Auguſtana* x] ſecundùm animadver

t) L. IV. Meterolog. c. 8. u) S. III. aph
vv) Horat. L. II. ſal. 6. verſ. 18. x) Cl. XVIII
618.

nes *Zwelferianas* ritè confectum nervoſis partibus quàm maximè accommodatum eſt, uti ipſum tàm apud Weſtfalos, quàm in agro Brunſvicenſi, ſæpius ſummo cum emolumento adhibui.

## CAP. V.
## DE USU LUMBRICORUM IN APOPLEXIA.

§. I.

APoplexiæ plerumqve obnoxios eſſe, qui *concretiones polypoſas* in corde, vel alibi poſſident, eodem coagulo & fermento facilè ad cerebrum deducto, notum eſt, unde & â ſangvinis grumo in carotides delapſo *Crato*, y) â pingvedine in ſiniſtro cordis ventriculo reperta *Thom. Bartholin.* z) apoplexiam notârunt, & D. *Greiſel.* a) in omnibus, quotquot hoc morbo, ſeu catharro ſuffocativo mortuos aperuit, corpora *calloſa viſcida* & *glutinoſa* vel in corde, ſeu cerebro, vel in utroque aliquando reperit, qualia deſcripſit *Wepferus*. Matrona illa *iſchuriam* per XIV. dies paſſa, apoplexiâ tandem extincta eſt. b] Regurgitante enim in maſſam ſangvinis ſero recrementitio pori cerebri opplebantur, ut lethargus vel apoplexia ſuccederet. Ita nuper 5] *in apoplexia,*

*Dam-*

y) Libr. conſ. 37. z) C. I. ep. 2. a) Dec. I. Ann. I. obſ. 74. b) vid. Bonet. Anat. Pract. L. I. S. 2. obſ. 41.

*Damperus* noſter in juvene apoplectico *tri*-*gulum* ferè *viſcidum* albicans ac duriusculum ſuprema corporis arce invenit, addens tame ex familia apoplectica prognatum fuiſſe lite- tum iſtum juvenem, & aëri frigidiori ac ſubt- raneo ſæpius corpus expoſuiſſe ſuum.

§. 2. In *apoplexia* in hemiplegiam ſini lateris abeunte, cum loqvela & ſenſibus ad m- tem usqve conſtantibus *Lotichius* hoc ordi- vit *oleum*: c)

*oleum*, Rec. Ol. nardin.
coſtin. an. dr. ij.
laurin.
*lumbric. terreſtr.* an. unc. ſem.
euphorb. ſcrup. j.
deſtill. roriſmar.
ſalv. an. ſcrup. ſem. M.

*Hildesheim* tale dat: d]

*aliud*, Rec. Ol. coſtin.
caſtor.
maſtich.
chamomill.
de laterib.
vulpin. an. dr. j. & ſem.
*lumbric.* dr. ij.
ſpic. ſcrup. ſem. M.

Illinat. ſpina dorſi & nucha à vertice capitis i- cipiendo.

§. 3. Veteri noſtro amico, *Andreæ Crani*- *feli*-

c) L. II. c. I. obſ. 12. p. 17. d) ſpicileg. ' p. 548.

*ldio* poſt ſufficientem purgationem dedimus *ngventum*, qvô mane ſeroqve brachia pedesqve inungebat, fricatis ijs antea pannis calidis, idqve ſingulariter laudabat. Vide sîs iſtud in *alapa* noſtra. e] Alij in uſu erat hoc: *ungventum*

Rec. Ungvent. nervin. Auguſtan.
martiat an. unc. ſem.
ol junip.
*lumbricor.* an. dr. ij.
deſtill. lavend.
ſuccin. alb. an gt. viij.
*ſpirit. lumbric.*
formic. d j & ſem.
axung. caſtor. dr. ſem. M.

§. 4. L. *Jüngken.* f] dorſo & nucha antea ene fricato cum aqva ſpirituoſa, immiſtis oleis ppropriatis, dorſo ſeqvens emplaſtrum applicat: *emplaſtrum*

Rec. Sem. ſinapi unc. iij.
piper. nigri
*pulv. lumbric. terreſtr.* an. unc ſem.
myrr. dr. ij.
caſtor. dr. j.
ol. caſtor.
ſuccin.
ſpic an. dr ſem.
c ſ. q. mel f. Emplaſtr.

Repetit idem in *Praxi ſua Medica*, g) omiſſo emine ſinapi, & reliqvorum ingredientium imminutâ doſi.



e) L. II. c. 5. p. 148. f) in vade mecum p. 4. g) p. 72.

# CAP. VI.

## DE USU LUMBRICORUM IN GUT-TA SERENA.

### §. I.

6) *in gutta ſerena*

Liquor *lumbricorum* cum tantill camphoræ acuatus blandisſim oculis illitus in hac gutta max mè laudatur. In debilitate visti haud ſine commodo uſus err *Andreas Troman*, Chirurgus Weſtfalus. Cùi verò Idem remedium commendaret *Dorothe Magdalenæ Capperin*, neſciens, affectum eju hereditarium eſſe, riſui ſe exponebat Medicorum Ut amauroſin ex diſpoſitione paterna acquiſi tam recenſet *D. Major*, h] ita hereditaria ca taracta reperitur apud *Greg. Horſt Dorothe* noſtræ vitium indelebile erat. Ceterùm le meretur venuſta diſſertatio Phyſico-Medica in auguralis, quam Halæ Magdeburgicæ ann MDCIↃ ſub umbone *Hofmanniano* pro grad habuit *Anton. Phil. Borneman*. de affectibu hereditarijs eorumque origine, ubi pluſcula *ver tiginis* in prolem derivatæ, *ſomnambulation* in parente & omnibus natis ejusdem familiæ &c proſtant. k. De *inſania* hereditaria vide *Eph noſtr.* l)

§. 2. *Scotomicos* curabat Medicus iſte, cu ju

h) diſp. de h. m. Kiliæ 1673. i) L. II. epiſt k) §. 3. ſeqq. l) Dec. III. ann. III. obſ. 61.

us meminit *Gvido* m) per ſetaceum diu aper-
um ſervatum. *Platerus* n) commendat veſi-
atoria & cauteria ſedi capitis elatiori, ſeu poſt
ures, vel in cervice applicata: cauterium verô
incipiti admotum maximè laudat *Zac. Luſit*, o)

§. 3. *Bernhardus* Strohberger Pomera- *obſ.*
ius, Artis noſtræ ſtudioſus, meusque olim in
Academia *Grönningenſi*, commilito, pulv, ac-
ceperat à Medico Delphenſi contra incipientem
*guttam* noſtram, valde ſibi familiarem, exque
voto ſatisfacientem. Conſtabat iſte ex mille-
pedibus & *lumbricis* ritè præparatis, ſtercore
falconis & ſemine fœniculi, quo de ſingulis au-
roris & quovis veſpere ſumebat drachmam ſe-
mis in decocto fœniculi ac euphraſiæ. Solum
ſtercus *falconis* exſiccatum cum dimidia parte
ſeminis fœniculi *Solenander* commendat *Sect*. 2.
*onſil*. 9. de millepedibus autem vide *Boyle in u-
ilit. experimentalis Philoſophiæ p*. 154. ſeq. u-
bi memorabile habebis exemplum de *cataracta
onfirmata*, ſolo uſu *millipedum*, cum vino albo
quovis mane ſumtorum, in muliere perfectè cu-
rata. De ſemine *fœniculi* autem legi meretur
exaſciata μαραθρολογία *D. Joann. Theod.
Schenckij*, Prof. quondam in alma Salana no-
ſtra celeberrimi.



m) tr. 7. doctr. 1. c. 3. f. 119. n) L. I. c. 7.
p. 352. o) L. I. Prax. admirand. obſ. 28.

# CAP. VII:

## DE USU LUMBRICORUM IN DO-LORE AURIUM ET BAPYKOIA.

§. I.

*in dolore aurium & βαρυκοίᾳ* Puella VI. annorum affligebatur hemicrania lateris ſiniſtri ejusdemque au[...] dolore, unà accedente calore to[...] cum quadam velut febricula. A[...] ſequens *liquor* cum ſpongia in eo ma[...] facta, aut goſſypio inditus.

*liquor,* ℞. ol. roſ.
*lumbric. terreſtr.* an. dr. I.
acet. fort. dr. ij.
diſſolv. croc. ſcrup. j.
philon. Rom. dr. ſem. M. pro liquore.

In *inflammatione* & *ulcere* aurium hoc d[...] *Ettmüller.* q)

℞. ſucci ſemper vivi dr. j. & ſem. ad dr. ij[...]
ol. roſar. vel ſcorp.
*lumbric. terreſtr.*
chamomill. an. dr. j. M. applic. c[...]
bombac. auribus.

§. 2. Pro ſecreto haber *Mynſicht* r) ſp[...]tum ſuum vini acoviſticum, qui talis:

*ſpiritus,* ℞. Ovor. formicar.
milleped. vivor. an. XXXI.
amydal. amar.
bacc. laur. excort.

ii[...]

p) Lotich. L. II. c. 1. obſ. 3. q) T. II. C[...] p.m. 658. r) Arman. Med. chym. S. XVIII. p. 2[...]

juniper.
ſabin. an. dr. ij.
ſem. cymini
rad. cyperi rot. an. dr. j.
*lumbricor. ter. exſiccat.*
nicotianæ
abſinth. an. dr. ſem.
ſuccin. alb. præp.
caſtor. veri an. ſcrup. j.
croc. orient. ſcrup. ſem.

[G]raſſiusculè contuſ. inf. in ſp. vini aniſat. unc. [X]VI. diger. per octiduum, ſæpe in die moven[d]o, poſtea filtr. & ſpirit. tinctus S. ad uſum. In [g]ravi auditu & ſurditate nec non tinnitu aurium [e]tiam inveterato ſecretus eſt. Inſtillantur guttæ [a]liquot auri mané jejuno ſtomacho & veſperi [a]nte cœnam, & deinde bombace moſchato au[ri]s obturetur.

§. 3. Convenit etiam *oleum lumbricorum* [i]n dolore aurium, quorum inflammationem diſ[c]utit & mitigat, ſi aurem circumcirca inungas [e]tiam aliquid injicias cum *Leonello Faventino.* [f] At cum hoc remedium feſelliſſet *Liborium [Z]uckert*, XIII. fortè annorum, temperamenti [v]alde phlematici, in ſummo ſiniſtræ auris cru[c]iatu, ſine inflammatione, præmiſſo diaphoreti[c]o, meo juſſu, externè eam magno cum leva[m]ine inungebat *ſpiritu lumbricorum* cum eſ[ſ]entia anodyna mixt. inſtillatis tribus guttulis [o]lei fœniculi. *Caſpar* Wittgärber elixabat *oleum*;

 *lum-*

f) de medend. morb. c. 18. p. 162.

*lumbricos* in adipe anſerina, qua de poſtea u
gebat loca dolentia. Filius Comitis *Gvidoni*
*Torelli* de loco alto ceciderat, ſtetitque per tr
horas ſine operatione ſenſuum. Poſtea ex ill
caſu facta eſt in capite contuſio, læſo nervo au
ris, unde intenſiſſimus dolor, qui verò à ther
binthina cum oleo roſarum concuſſa ceſſavi
*Vermes terreſtres* ſi in oleo bulliant, eoque lo
cus dolens ungatur, ſeu inſtar balnei irroretu
exque dictis vermibus emplaſtrum conficiatu
dolores valde mitigantur. t) Pauperculis com
mendat alius tria capitella porri & tres lumbri
cos conciſ. in oleo olivarum coctos, quod poſt
tepidé auri inſtillat u)

*Secre-tum*, §. 4. Nobile ſecretum, quod *ſurditatem*
curat, & *tinnitum* radicitus tollit.

℞. vermicul. intra lignum quercin. & cortic. re
pert. num. XX.
bulliant in ol. oliv. immat. unc. ij. & ſer
dein excava rad cyclamin. reple *ol.* caſt. ru
*vermium terr.* an.
quantum capere poteſt,
add. pulv. pyrethri
coſti an. ſcrup. ſem.
aſſa in cineribus, & contund. in mort. fo
titer,
de ſucco immitte gutt. aliquot per IX. dies.
Videbis mirabilia. vv)

CAP

t) Foreſt. L. X. obſ. 123. u] Vid. armer Leu
te Leib-Medicus p. 93. vv) Petræus diſſert. ha
mon. Noſolog. XI. p. m. 222.

# CAP. VIII.

## DE USU LUMBRICORUM IN ODONTALGIA.

§. 1.

MUlier denudabat caput, idque ſcalpſit: impedita transpiratio ob conſtrictos ab ambiente aëre poros, tàm immani ſiniſtri dentis ſuperioris & cavi dolor, cum limpidæ & pluri- 8) *in odontalgia.*
næ aquæ ſputo ac tumore ſub maxilla duro & ubro, ut illi imparem ſe eſſe quereretur. Juſſit *Binger*, Principis, Würtenbergici Conſil. & Archiaer x) ut parti tumidæ lana ſuccida *olei lumbric* lr. vj. & ol. chamomill. dr. ij calefactis imbuta aplicaretur, inter dolentē ac oppoſitum dentem l. camph gutt. iij ſeu IV. ex bombyce de hora n horam continerentur. A cujus uſu ipſo nomento omnes ceſſabant dolores. *Conf. Jüngken.* y) Quod verò *cinis lumbricorum* cao denti inditus eum excidere faciat, falſum eſt. *ol.*

§. 2. *Margaretha Störmerin*, ancilla, juſu heri ſui Venatoris, imponebat in forma emlaſtri flor. hioſcyam & chamomill. *lumbric. erreſtr.* & rad. fœnic. in lacte caprino coct. ec ſine levamine. Alia *oleo lumbric terreſtr.* neth. & chamomill. utebatur in puella ſua noenni. Ebulliant in oleo oliv. *vermes* noſtri, & inſtillentur aliquot guttulæ in aurem ſanam, quod *obſ.*

x) C. III. obſ. 90. y] Med. præſent. ſecul. accommod, P. II, S. I. c. X. p. 570.

quod in odontalgia ſua expertum habuit *Phil.* *Womber.*

§. 3. Æthiops & tubicen Ducalis Wolfe-byttelenſis, conſilio ſtudioſi Chirurgiæ, den-bus dolentibus alternatim mox *lumbricos viv.* donec vel langveſcerent, ſeu morerentur, m- recentis buxi folia imponebat, optato cum ſu- ceſſu, ùt ipſe mihi retulit. Alio die utebat- hoc balſamo, quô dolentes dentes fricabat, umque rurſus exſpuebat:

*balſam.* ℞. ol. nucist.
*ſpirit. lumbric. volat.* an. ſcrup. un-
ol. deſt. caryoph. gutt. jv.
opij thebaic. ſcrup. ſem.
c. s. q. ol. hyoſyam. f. balſamus.

*obſ.* §. 4. Ruſticus *Fürſtenauenſis* tanto de- tium dolore corripiebatur, ut etiam præ ſumm- cruciatu in puteum ſe præcipitare voluerit. Cù- rit filius ejus ociùs ad *Henricum Walterum* Pharmacopæum Hüxariefem opemque ejus i- plorat. Qui, abſente Medico, ſubitò dedit *o- um lumbricorum*, verbaſci & ſambuci, imm- to tantillo opij thebaici, ijsque locum dole- tem calidè ſœpius inungi juſſit. Paruit ru- cus: & ecce altero die in oppidum venit, ſectâ in brachio venâ, Pharmacopœo ſumm- egit gratias pro optato remedio. Alius ſ- cataplaſmate, ex puris *lumbricis* facto, odont- giam in ſeipſo pepulit, uti non ſine gaudio *melsborna* fuſiùs mihi narravit.

MEI

MEMBRUM II.

# USUM SPECIALEM IN MEDIA COR-PORIS REGIONE EXPONIT.

## CAP. I.

## DE USU LUMBRICORUM IN TUSSI.

§. I.

STudioſus Artis noſtræ ſuperiori anno pro nobili infante ordinabat *linctum*, à quo tuſſis bellè minuebatur. *1) in tuſſi.*

℞. Spec. diair. ſ. dr. j. *pulv. lumbr. terr. dr. ſem.* *linctus*
lap. ♋ ppt.
roſ. dent. apri.
cc. phil. calcinat. an. ſcrup. j.
Oxym. Scyllit. dr. iij.
Sirup. viol. & jujub an. q. S.

Omnia ingredientia bona ſunt. Num verò *lumbricos* ex errore, vel novitatis gratiâ, ſeu ex ſuperabundantia admiſcuerit, neſcio.

§ 2. De *tuſſi* cum catarrho à potu muſti recentis, concurrente dolore iſchiadico, moleſtaque ſenſatione in articulis vide *Lotichium*; z) quibus ceſſantibus dolor in juncturis ſeſe manifeſtabat; Sudorem Medicus imperabat, quô detersô loca dolentia aquâ articulari & hoc *oleô* inuncta fuêre.

Rec. ol. nardin. *oleum;*
coſtin. an. dr. iij.



z] L. III, c. I. obſ. 2.

*lumbric. terreſtr.*
laur. an unc. ſem.
deſt. ſalv.
ſuccin. an. gutt. jv.
urſi
vulpin. an. dr ij.
Möſch. elect. gr. iij. M.

Phtiſicis pro ſpinali medulla ſeu dorſo ſequi dat *Dolæus*. a)

Rec. Ungvent. reſumtiu.
ol. ranar.
*lumbric.* an. unc. ſem. M.

§.3. Dixit mihi P. *Anſelmus*, Ordinis Ben- dictini Monachus, & Paſtor Lüchtringenſis ad Viſurgim, Præfecti cujusdam puerum nullo me- dicamento à Medicis Hillesheimenſibus ac Han- noveranis potuiſſe curari, ideò mater ad qua- vis aniculas & circumforaneas delapſa, ut etiam neſcio cujus ſvasû, *lumbricos* mundatos, & in aqua Veronicæ coctos colatosque uſurpaverit, puero autem ad plures abeunte. Rectè pro- que *Fabritius Hildan.* b) *Remedia, quæ infi- tis alijs profuerunt, in hoc vel illo ad votum non ſuccedunt, ut inde agnoſcant ægri, ſimul & Medici, non propriè eſſe* remedia, *quæ ſanant langvores, ſed* ſolam miſericordiam atque be- nedictionem *divinam*.

ungvent

CA

a) L. II. Encyclop. med. c. 4. p. 349. b) c. II obſ. 42.

## CAP. II.

## DE USU LUMBRICORUM IN ASTHMATE.

§. 1.

n aſthmate humido *Dolæus* c) has præſeribit *mixturas*, de quibus ſæpius cochleatim ſu-endum. 2) *in aſthmate, mixtura*

Rec. *Aqv. limac.*
*lumbric. terr.* an. unc. ij.
ſirup. de praſſio
oxym. Scyllit.
ſpirit. ſal. armon. cum gummi armoniac. dr. ij. M.

: ℞. *Aqu.* loch. ſan.
limac.
*lumbric.* an. unc. j.
elix. pectoral.
ſpirit. gummi ammon. cum ſale armon deſtill an. dr. ij.
Tinct. croci dr. ſem.
oxym. ſcyllit. dr. vj. M.

§. 2. In aſthmate ſicco vel convulſivo, ſeu pilepſia pulmonum, in quo ſtatu miſeranda eſt grorum conſtitutio, excellunt præ alijs *lumbri- terreſtres* &c. Formula *Dolæana* hæc eſt: d) *eſſens.*

℞. *ſpirit. lumbric.*
ſcarabæor. an. dr. j. & ſem.
ſolut. ſpermat. ceti dr. j.
eſſ. croci dr. ſem. M f. Eſſent. D. gutt. xv.

§. 2.

c) l. c. c. 2. p. 291. d] l. c. p. 298.

§. 3. De *aſthmate ſicco paralytico* no[t]-
bilem hiſtoriam conſignavit D. *Scharfius*. [c)]
His ſolis verò ritè adhibitis & continuatis fe[li]-
ciſſimè evaſit æger morti jam proximus.

*miſtur.* ℞. *ſpirit.* theriac. camph.
anth.
*lumbricor.* an. dr. ij.
lavend.
lil. convall. an. dr. iij.
CC.
Sal armon. an. dr. j. & ſem.
tart. urinoſ. dr. j.
Sal viperar.
ſuccin.
CC. an. volat. dr. ſem.
eſſent. caſtor. dr. ij. & ſem.
ol. ſuccin. ſcrup. j. M. D. Reſolviren[de]
Mixtur.

Doſis dr. j ſingulis tribus horis in vino. Extern[è]
brachij juncturas, nucham & dorſ. ſpinam, m[ag]-
non pectoris regionem ſeq. inunxit ſpiritu:

℞. *ſpirit. lumbricor.*
fornicar. an. unc ij. cum dimidia
cochlear. unc. j. & ſem.
ſal. armon dr. ſem.
ol. ſuccin. & lavend. an. ſcrup. ſem. M.
Euſſerlicher Spiritus.

CA[P.]

c) Dec. II. Eph. Curioſ. ann. II. obſ. 103.

# CAP. III.

## DE USU LUMBRICORUM iN LACTIS DEFECTU.

§. 1.

VEtus *Aëtij* doctrina, f) *lumbricos* utiliter exhiberi mulieribus ad *lactis generationem. Omninò ad generationem quoque ſeu collectionem, vel admiſſionem lactis in mammas, motûs tonici variarum moderamen adeò multùm poteſt, ut etiam ſæpenumero ſtricturam ipſarum pertinaciorem, quæ effluxum lactis præſentaneè cohibuit, nuda frictio lenis quaſi titillatoria, molli excutiâ peractâ, velut in momento ita diſſipet, ut non modò emiſſio, ſed ſpontanea eruptio lactis promtè ſubſequatur.* g] Pulvis *lumbricorum* ad drachmam unam propinatus, inprimis cum lacte Lunæ, vel cum ſemin. fœnic., aut ſi fiat decoctum *lumbricorum* cem radicibus & herbis fœniculi, (quod ſecretum erat *Helidæi Paduani*, uti proſtat in obſervationibus, h] magni etiam usûs eſt. 3) *in lactis defectu.* *pulv.*

§. 2. *Hildanus*, purgato prius corpore, ſingulis diebus in aurora pulv. *lumbricor.* præparator. ad ſcrup. jj. cum decocto eugalacti, liquiritiæ & ſummitatib. fœniculi recent. propinabat, mammasque *oleo lumbricorum* bis in die inungi juſſit. Qua methodo multis lac feliciter

f) Tetr. I. ſerm. 4. c. 6. §. 2. g] Stahl diſp. cit. c. I. p. 10. h) p. 83.

ter reſtituit. i) Multis plebejis & pauperr
hunc pulverem ſæpius commendavi:

...ſiue, ℞. Sem. aniſ.
foenicul.an.dr.ij.
*lumbric.præp.*unc.j.
ſacch.dr.vj.M.

§. 3. *Jüngken.* k] *morſulos* ita parat:

morſuli Rec. Amygd.dulc. excortic.unc j.
Pinear.
piſtac.an.dr.iij.
dactylor.unc.ſem.
Sem.4.fr.maj excort an.ſcrup.ij.
Rad.cichor.condit.dr.ij.
*lumbric. terreſtr.*
pulv.cryſtall.præp.
lact.Lunæ an.dr.j.
ſacch.unc.vj.F.s.a.Morſuli.

Deco-ctum §. 4. *Sennertus* l) coquit *lumbricos* p
paratos.unc. ſem.cum fol. vel radicib. foen
recent.dr.vj.& hordei P.ij.in brodio carnis
dat colaturam,quam inſigni cum commodo
uberrimam deprehendebat ante trienni
Nobilis in vicina Haſſia femina, referente
ſtore illius loci M.F.N.

ME

i) C. IV. obſ. 27. k) Vade mecum p.
l) L. IV. Prax. P. III. S. 2. c. 1. p. 516.

MEMBRUM III.

USUM SPECIALEM IN INFIMA CORPORRIS REGIONE INVESTIGAT.

## CAP. I.

### E USU LUMBRICORUM IN INTESTINIS EXULCERATIS.

§. 1.

SImiliter juvant & curant debilitata ac exulcerata inteſtina, ſi quando *liquor*, in quo *lumbrici* elixi fuerunt, clyſteris tubulo infundatur. Sicut & *aqua* inde deſtil-a, unciæ pondere hauſta, prodeſt ijs, quibus eſtina punctim ſauciata ſunt. m) *in inteſtinis exulceratis* *aqua*

§. 2. Dixit mihi in Ducali arce *Fürſten-rg. Henning.* Kleinſchmied / artis ſuæ benè arus, ſe prominens ulcus *inteſtini recti* pueri ſedulò laviſſe decocto ſalv. plantagin. & ve-nic., in quo ſemel iterumque ſuffocati ebullie-t *lumbrici* craſſiores ac pingviores, ex ſime-eruti, puerumque brevi ex voto convaluiſſe ucis intus additis medicamentis, inprimis de-cto fl. hyperic. & papap. erratic., cum ſem. nic. & mell. deſpumat parato. *obſ.*

§. 3. Magis notabile curati vulneris *inte-orum* exemplum, citatum à *Bernbardo Sve-* n) ex D. *Samuel Satleri* diſp. inaug. o) ſci-li- *alia*

m) Wier. l. c. n] de inſpect. vuln. lethal. P. II, c. .m. 120. o) Baſil. 1607. in miſcell. th. Path. th. 23.

licet ruſticus in Præfectura förſt propè cœ bium *Amelunxbornenſe*, Ducatûs Wolfenb telenſis, ante aliquot annos, in convivio q dam cibo potuque nimiùm ſe impleverat, qu ſentiebat ſub initio dolorem inteſtinorum, paulatim adeò excrevit, tamque immanis fa eſt, ut præ nimio cruciatu in menſam proſil ex quo ſaltu *inteſtinum ſub umbilico* ad dextr latus *perruptum* fuit *magno* cum *ſonitu & ſt gore*, ſtercoribus ad parietes proſilientibus. Q vulnus licèt *D. Ratzenberger* pro leth habuerit, tamen inunctione ſolius *bu majalis* & ungventi populeon. curatum fuit.

## CAP. II.

## DE USU LUMBRICORUM IN D SENTERIA.

§. I.

2) *in dy ſenteria*

MAximè commendatur *decoct lumbricorum* abs *Hildano*, c firmantibus id *Sennerto*, p) *F Deckero*. q) *Ettmüllero* r) & *W ro*. Ruſticus in *monte Jacob* Diæceſ. Corbienſis, in deſperata dyſenteria *lumbricos* in oleo olivar. coctos ſummo c horrore devorabat, & ſervatus eſt. Fortè ſigni horrori aliquid dandum.

§. 2 Puella ruſtica ferè quinquennis in i

p) L. III. Prax. P. II. S. 2. c. 7. p. 360. q) not. ad L. IV. Prax. Barbett. c. 5. p. m. 178. T. I. Opp. p. 824.

o dyſenteriæ nimiùm bibebat. Potu verò matre ſubtracto & denegato, currit illa autunali tempore nuda ad præterfluentem rivum, perterrita à moloſſo, labitur in eundem. A rrore & frigore ſubſtitit fluxus dyſentericus, verò calorem corpori redderet, mater inunt filiam *oleo lumbricorum*, abſinthij & carvi, æ putabat, durata frigore præcordia nunc mas habere eam, quàm ceteros liberos. Dyſenricam in Palatinatu, omnibus fruſtrà tentatis, æ ſummo cruciatu in præterlabentem amnem præcipitabat, mox verò à domeſticis extracta tegrè convaluit, referente D. *Friderico Lucæ*, ulæ Caſſellanæ quondam Eccleſiaſte, nunc ecano ad *D. Eliſabeth.* Rotenburgi ad Fultam, mico pl. venerando. De febri ſimili modo lſa vide Eph. noſtras. ſ) Molitor Auguſtaisin delirio. *ex febre maligna* per feneſtram in ofluentem præceps factus, & ab alio à ſuberſione tempeſtivè liberatus, illicò fracto morconvaluit, altero, qui eum extraxerat, mox *bre maligna* correpto, indeque mortuo. t) De *thritide, diarrhæa* & *febre ardente* aquæ pocurata, u) de *dyſenteria* eôdem potu & balo aquæ frigidæ pulſa alij. vv) In omni ferè orbo lotio in aqua frigida ab Indis commen-

G da

ſ) Dec. I. ann. III. obſ. 211. & Dec. II. ann. I. obſ. 69. t) D. Lentil. in append. ad Dec. . ann. V. & VI. p. 128. u) Dec. III. ann. III. ſ. 28. ſeq. Dec. II. ann. VII. obſ. 69. vv] Dec. ann. IX. obſ. 53. & Dec. III. ann. III. obſ. 27.

datur, quam in ſeipſo dyſenterico fauſtisſim deprêndit *D.* J. *Otto Helbig.* x] Quanta co ſvetudinis natura, vis & efficacia ſit ad ſanitat & morbum, *D. Meibom* in ſingulari exercit one y) latiùs deduxit. Sanè puelli in Moſco Lapponia &c. trium quatuorvè annorum i disſima frigora nudipedes calcant, raroq amicti linteo ludos in plateis curriculo ex cent, z]

§. 3. Nobilisſima Facultas Medica *H nienſis* in conſilio *de curanda & præcavenda ſenteria* Hafniæ graſſante MDCLXXVIII. a

*liniment* inter dat *linimentum*, quô calidè inungatur versum abdomen.

Rec. *ol.* abſinth.
cydon. an. unc. j.
*lumbric terreſtr.*
maſtich. an. unc. ſem.
N. M. expr. dr. ij.
cer. parùm F. linim. a)

C

x] Dec. I. ann. X. obſ. 194. p. 460. y] Helm 1681. z) Vid. Jac. Rautenfelſ. L. III. de r Muſcovvit. c. 7. & Scheffer. Lappon. c. 3. Vol. V. Act. Hafn. p. m. 16.

# CAP. III.

## DE USU LUMBRICORUM IN COLICA

§. I.

Cum in colica ſcorbutica minera mali magis ſtabuletur in lymphæ hoſpitio, plurimùm opis afferent *diaphoretica* & *diuretica*. Illa quidem transpirationem libe- 3] *in colica*
m præſtando, divertendo, revellendo, disjiciendo, utpote in omni dolorum nere probatæ ſatis virtutis, non miùs ac in tartareorum morborum curatione. æc inter plurima commendatur *ſpirit. lumric. volat.*, decenter tamen adhibitus, ne, teiore parte lymphæ abſumtâ, reliqua magis ſpiſſetur, nec omiſsis opiatis, quæ diaphoretirum quaſi ſunt anima, & dolorum genuinom nepenthes, ceu rectè monet *L. Neſter.* b) go in ſimplici *colica* ad ſopiendos & tollens dolores tàm *ſpiritu*, quàm *oleo* nunquam n feliciter uſus ſum.

§. 2. Celeberrimus *Doleus* c) *tincturam* am paregoricam ſummis laudibus evehit, inrimis anodynâ ſuâ maritatam, quæ nunquàm m deſtituit. *tinctur.*

Rec. *ſpirit.* toriſmar. unc. ſem.
*lumbric.* dr. ij.



b] in diſp. inaug. de h m. 6. p. 25. c) L. III. cyclop. med. c. 7. p. 532.

ſpirit. CC.
Sal. vol. ſuccin.
viperar. an. ſcrup. j.
Diger. & add. tinct. opii dr. j. D
gutt. XXX. bis in die & corpus
ſemper diſponat. ad ſudorem

Externa inter habet ſequentia:

Rec. Ungvent. dialth.
anod. an. unc. ſem.
*ol. lumbric.* dr. ij. M.

Vel: Rec. ſpirit. formicar.
*lumbricor.*
lil. convall.
arthritic.
ſpasmodic. an. unc. j.
ſal. volat. CC.
tinctur. caſtor. dr. iij.
M. D. ut abdomini illinatur.

§. 3. In colica convulſiva cum crurum tenſ dolore, quæ fulminis inſtar invaſit, quibus generoſioribus nervinis & antiſpasmodicis caſſum adhibitis, *pulv.* duntaxat *lumbricor.*, ſi paulò largiori exhibitum, non ſatis laud potuit *Metio* noſtro D. *Cellarius*, Archia Rudolſtadienſis, quem ita præparavit: *Lumbricos vivos* laminæ ferreæ impoſuit calefact ut anxié circumgyrati & dolorificè cont quaſi ſubitò exſpirarent. Quod factum dubio, ut ſpiritus eorum fugam meditantes p maturâ morte retenti, (ruptis licet repagulis ſtaminibus compagis tenerioris) & in ergaſt

*pulv.*

vi

ſcido ac ferè ſpermatico ſibi congenito con-
uſi ac ſopiti, inque machina hydraulico-
ıevmatica convulſos meſenterij plexus demul-
ntes priſtino ſtatui reddiderint.

§. 4. Præmiſſo clyſmate, applicatoque
domini fotu ex fol. malv. utr., parietar. mer-
rial. fl. ſambuc. chamom. &c. magmati her-
rum hujuſmodi contuſo addit *Williſ.* d) farin.
enac. q. s. ut fiat cataplaſma, quod interpaſ-
im inſuit duobus ſaccul. figur. quadratæ pro
domine obtegendo. Horum unus pro vice
ervefiat in patina ſupra prunas ardentes cum
*lumbric.* impon. calidè mutando, quampri-
ùm frigeſcere incipit. Vel:

℞ *ol. lumbric.* q. s.

illin. pars dolens poſt fotum, & charta em-
poretica tenuis eo imbuta applic. & geſtetur.
ivvij e) hoc eſt: *aliud*

℞. *ol. lumbric. coct.*
aneth.
caſtor. an. dr. j.
deſtill. chamom.
fœnic.
carv.
aniſ.
cort. durant. an. gutt. jv. M.

§. 5. *Blanckard.* f) in periculoſisſima co-
a hoc adhibebat *linimentum* *liniment*

Rec. *ol. lumbr. terreſtr.*



d) T. II. Opp. p. m. 328. e) de morb.
fant. c. 58. p. 427. f) C. VII. obſ. 1.

chamomill. an. dr. ij.
ſpirit cochlear. dr. iij. f. liniment.

Idem commendavi chirurgo nuper, qui in pſo feliciter expertus eſt, ideoque ſummas hi egit gratias.

## CAP. IV.

## DE USU LUMBRICORUM IN CHOLERA ET DIARRHOEA.

§. 1.

4)*in cholera*, IN *cholera humida*, quam inſequeba *ſicca*, præſentaneum medicamentum fuit per *D. Metio*, plurimis aliis tam interm quàm externis fruſtra in conſilium vocatis, pulvis:

*pulv.* Rec. Theriac. cœleſt. gr. ij. & ſem.
*pulv. Lumbric. terreſtr.* gr. XVII.
cinnab. antimon. gr. IV.
liqv. CC. ſuccinat. gutt. ij. d S verſtärck Pulver auf einmahl

A prima doſi malum mitius factum, à ſecu enervatum, à tertia denique prorſus victu niſi quòd guttur inferius dejectiones bilis p raceæ, prægreſſo abdominis dolore, tenta rit, naſique & faciei leviſſimæ, at creberrin irritationes moleſtæ ſpaſmum nervorum æn lantes, obortæ fuerint, quibus tamen, ut fideliâ duos dealbaret parietes feliciter obvi ibat aliquoties exhibendo hunc pulverem:

*alius* Rec *pulv. lumbric. terreſtr.* gr. XV.
unicorn. ver. gr. jv.

ſti

ſmaragd. præp. gr. vj.
extract. caſtor. gr. j. M.f. pulv. S. Abend Pulver.

§. 2. In *diarrhœa* cum torminibus ventris aliquoties uſus eſt *Riedlinus* g) externè oleo *lumbric. terreſtr.* rutac. & cortic. aurant, deſtill., internè verò aqv. rut. ceraſ. nigr. & cinamom, addit ſacchar. *& diarrhœa,*

§. 3. Puellus ferè ſexennis in diarhœa flegmatica cum magnis cruciatibus, indeque perpetuo ejulatu, ſeqvens *linimentum*, præmiſſo clysmate, acceperat à Vicino Medico feliciter adhibitum. *obſ.*

Rec. *Ol.* cydon.
maſtich.
*lumbric terreſtr.* an. dr. ij.
deſtill. menth. ſcrup. j.
carv. gt. VIII.
M. D. Ungvat. venter calidè.

## CAP. V.

## DE USU LUMBRICORUM IN VERMIBUS.

§. I.

GLoriatur *Caſp. Hofmann*, h) ſe *lumbricis* noſtris feliciter uſum eſſe in *lumbricoſis Wier* i) audacter ita: utiliter datur horum *vermium pulvis* contra *lumbricos* *5) in vermibus* *pulv.*

g) C. II. obſ. 42. h) in Paralip. officin. c. 2. p. 644. i) tr. de Varenis,

*cos* puerorum, ad illos expellendos, quom præparationem ſic docet: *vermes terreni* centes conjiciuntur in ollam, ibique per bidu hyberno tempore, per unicum autem diem ſtivo detinentur, ut à terrena ſorde emundi tur, deinde vino abluti novo fictili induntu quod obturatum & bene clauſum calenti fi imponitur, donec arefacti ſunt. *Tobias Doo creil* k) has *rotulas* dabit:

*rotul.* Rec. Sem. ſancti unc. j.
coralliu.
corn. cerv. præp.
pulv. jalap. an. dr. ij.
*lumbric. terr. præp.* dr. iij.
ſacch. alb. libr. j.
in aq. tanacet. & hyperic. an. q. s. diſſ
f. l. a. rotul.

Et *Sennertus* hoſce *pulveres* offert: l)

*pulv.* Rec. *lumbric. terr. præp.* dr. j.
CC. uſt. præp.
corallin.
dictamn. alb.
ſem. ſantonic. an. dr. ſem. f. pulv.

*Digbÿ* m) dat pulv. contra *vermes* à ſe prob tum, & infantibus in craſſioribus & duriorib ventribus cum atrophia utilem, qui talis:

*alius.* Rec. *lumbric. terr.* libr. I. eosque ſexies aq bene lotos & mudatos denuò lavabis vino, in olla

k) P. II. diſpenſat. nov. c. X. p. 46. B. l) III. Prax. P. II. S. I. c. 5. p. 215. m] P. II, Me experim, p. 82.

ollam conjectos lento igne, multùm crebriusq; agitando in pulverem rediges. Quo de infantum pultibus immiſce pro doſi dr. ſem., additis gran. jv. camphor., tribus quatuorve diebus continuis. Adultioribus ſcrup. ij. dantur: ſi ad XX. perveniant annum, dr. j. ſenioribus dr. unam cum dimidia iu vino, lacte, hydromele. Si ii, quorum ætas XV. anni, quatuor diebus hoc pulvere uſi ſunt, purgentur, ut *putredo verminoſa* expellatur, admiſta purganti ſimul dr. j. *pulv. lumbric.* Inſervit durioribus ventribus & hydropicis. Ictericis præbe ad dr. j. & ſem. cum juſculo carnis vervecinæ, interpoſito pulvere purgante. Summa, ait *Digbÿ*, n) die Tugend/ſo in den Würmen iſt/ wenn man ſie recht gebraucht/ iſt nicht gnug zuloben/ zupreiſen/ noch zubeſchreiben. *Oſvvalt Troll.* o) *lumbrici*, inquit, majoris & minoris mundi *lumbricis* hominis medentur. Ejusmodi *vermes* exſiccati & in pulv. redacti, ac in lacte caprillo propinati *lumbricos* in ventriculo & inteſtinis morantes interficiunt & è corpore ejiciunt. *Prævotius* p) *venena* inter *vermium* reponit *lumbric.* noſtrorum pulverem. Et *Kircherus* q) *lumbricos* ſiccos & pulveriſatos oleoque ſubactos ſub forma emplaſtri ſtomacho apponit, ſicque *vermes* ex inteſtinis propellit. q) *empl.*

§. 2.

n) l. c. o] tract. de ſignatur, p. m. 45. p) in Med. pauper. p. m. 139. q] L. XII. Mund. ſubterr. S. II. c. 9. p. 378. q) Add. Paræi L. IX. Chirurg. c. 5. Petræi Noſolog. T. II. diſſ. 31. p.

*impro-bant:* §. 2. Verùm *Henr. ab Heer* r) non p
bat conſilium vel vulgi,ſeu Medicorum quorn
dam, verminoſis pueris *vermes* vino loto
in tegula exſiccatos exhibentium. Certò ei
ſibi perſvadet ab experientia ſic edoctus, ma
riam illam vermium putrem putri puerorum
tuitæ remixtam, à magno illorum calore iter
animari, ut videmus muſcas ſubmerſas mu
diebus mortuas, ſi non premantur, nec ſim
citer extingvantur, ſoli denuò expoſitas, n
calore iterum vitam volatumque ùt & pedi
lum, pelles in puerilibus capitibus & veſti
relictas, amiſſam inter ungves & pectin
animam recuperare. Addit Exc. *D. Scab*
ex *Tabernæmont.* t) obſervationem, ubi ex m
tioſa propinatione *lumbricorum* humanor
facta propullulatio talis evaſit, quam circum
raneus deinceps ſuis medicamentis denuò e
cit. u) *Hagedorn* vv) metum hunc *inanem*
cat, quia toto die in praxi millepedes, canc
aliaque in uſum vocantur, ſine ulla incommo
alicujus ſeqvela. An verò *lumbrici inteſtina*
co

145. Mylij L. VII. Baſil. Chym. p. 47 Miza
C. IV. p m. 157. r) L. I. obſ. 9. ſ) diſp. c
c. 2. p, 11. t) Herb. german. L. I. c. 5. u] Ad
Rolfinc. epit. cognoſc. & curand. partt. aff,
III. c. 20. p. m. 319. tr. m. de talpa S. I. c.
§. 11. p. 92. ſeq. Camerar. Syllog. memora
C. 9. p. 9. Höfer. Hercul. Med. p. 352. Wed
de Med. facult. p. 181. vv) Cynosbatolog.
IV. c. 2. art. 1. p. m. 157.

ontra *verminationem* tutò exhiberi queant' ubio non carere autumat. Vide affirmantum & negantium rationes collectas à *Beckero* ) & *Hofmanno.* y) Nos tamen, ait *Franciſcus anchin*, z) Conſiliar. & Med. Reg., nec non rofeſſor in Univerſitate Monſpelienſi, ùt *vaum* & *abominandum* remedium rejiciendum enſemus: *horrendum* ſiquidem eſt, eos, quos er *alvum* excluſimus, *vermes* rurſus in pulveem redactos per *os* exhibere.

§. 3. Ruſtica puellæ ſuæ *verme*, uti putabat, *mbilicali* cruciatæ alligabat *lumbricos* non ſine uccesſu. Intra paucas horas verò conſumeantur. Prudenter *Voſſius*: a) *Quod multi, ait, on viderunt, cernunt ſubinde vulgares animæ, uſtici, piſcatores, quibus cum ſi ſermonem ſerere audgravaremur, plura forſan ſciremus Natuæ arcana.* Ita ſanè eſt. Plurimi quidem *vernem* in *umbilico* genitum, vulgò den Geitz-Naϐel-oder Geitz-Wurm pro mera fabula habent, licèt Cl. D. *Brenger.*, Phyſ. Kaufbeyerenis, cum D. *Ruperto Sultzbergero*, Prof. olim Lipſienſi, in Diſp, quadam de *vermibus in homine* (cujus hiſtoriam hùc quadrantem citat *Sennertus*, b) alijsque, quos adduxi in *Cynographia* mea, c) αὐτοψίαν ſuam in literis ad D. *Höchſtette-*

*vermis umbilicalis,*

x) L. I. Med. Microcoſm. c. 12. p. m. 67. y) in clave Schröder. p. 705. z) de morb. puer. S. 2. c. 16. p. 340. a) L. IV. Idol. c. 59. b) L. III Prax. P. X, c. 4. p. m. 985. c) S. VI. c. 4 §. 2. p. 178.

obſ. *ſtetterum*. Medicum Auguſtanum, d) bonâ fi
opponat. Deferabatur olim ad me puell
quinque annorum, à vigilijs continuis, ſumm
inquietudine, doloribus lancinantibus, punge
tibus & morſicantibus, fletuque perpetuo tot
emaciatus, labijs lividis, capite jam ad lævam
mox ad dextram, & ab hac iterum ad illa
miſerè & continuò jactato: alvi dejection
erant phlegmaticæ, aliquando ex flavo viride
etiam cineritiæ, accedebant ſubinde terribil
convulſiones epilepticæ. Statim orta ſuſpic
de vermibus. Cumque ipſa mater de *umbi*
*cali* narraret, placuit experiri vulgi remedium
Alligatus ergo circa veſperum umbilico infa
tis *fundulus* vivus, ſed cum inſigni & vix toler
bili dolorum augmento. Altero mane totâ i
lâ parte, quâ cutim infantis attigerat, omn
ferè conſumtus erat piſciculus. Applicabat
alius recens, â quo intra XXX. horas, præt
oſſicula, nihil invenêre domeſtici, ut ſanctè aff
mabant. Dabantur interna ſpecifica, expul
multis *vermibus* alijs, diverſæ magnitudinis
coloris & figuræ, quos inter unus, quem vid
piſi majoris craſſitie, coloris lutei, cornubus d
obus, velut ſcarabæus, ſeu cervus volans, in cap
te armatus, quæ arctiſſimè contrahere & pro l
bitu dilatare poterat. Ab iſto die cuncta ſe
ſim remiſêre ſymptomata. Miranda de h
vermium genere mihi narrârunt prudentes &
fide dignæ Matronæ, quæ ſanè neutiquam te
mn

d) Dec. VI. obſ. annex.

nno, quicquid etiam bullati, ſeu pullati, qui videri malunt quâm eſſe, oggànniant. Olitor nterdum opportunè etiam loquitur, & ſapiens à quolibet diſcit. Adde ſis geminum iſtud exemplum fauſtæ curationis *D. Mackij*, Phyſici Schneebergenſis. e)

# CAP. VI.

## DE USU LUMBRICORUM IN ICTERO FLAVO.

### §. I.

IN *ictero*, cum alvi pertinaci & deſperata penè conſtipatione, hauſtulum digerentem pro . ſeu 3. doſibus præſcripſit *Loticbius*. f) 6) *in ictero flavo. hauſtul.*

Rec. Sir. cichor. cum rhab. unc. j & ſem.
debyzant. unc. ſem.
*pulv. lumbric. terreſtr.* dr. ſem.
aqv. gramin.
petroſelin. unc. ij. M. f. hauſtul.

Matrona ſexagenaria ſumebat mane ac veſperi de ſequente liqvore duabus horis ante cibum:

Rec. *Lumbricor. tereſtr. probè lotor.* num. vj. *alius,*
coq. in aq. gramin. aſparag. & hed. terreſtr. an. unc. j.
In colat. diſſolv.
ſacch. cand. dr. j.
ſpirit. terebinth. gutt. iij. M. ad vitr. g)

Pro majori deoppilatione inſervit alius apud Eund.

e) Dec. II. Eph. cur. ann. X. obſ. 105. f) L. V. c. 2. obſ. 3. g) Conf. theriac. m. cœlaſt. S. l. P. 3. M. 3. c. 5. p. 248.

Eund. Lotichium. h] In dolore uterino poſt p
ſionem colicam, ſubſeqvente ictero, matri
tribus matutinis hac potiuncula utebatur:

alius, ℞. *Lumbric. terreſtr. probè lotor* num. vij
coq. in aq. aſparag. hed. terreſtr. & gram
an. dr. vj.
in colat. diſſolv.
ſterc. anſerin. verno tempore colli
dr. j.
ſpirit. ſalis rectif. gutt. v.
ſacch cand. ſcrup. ij.
aq. cinamom. dr. iij. M. f. Hauſtul. i)

Adde *Culpeperi* teſtamentum. k) Ad reſtitu
dam ſangvinis κρᾶσιν in declinatione tuo p
ſtant deſtillata antiicterica apud *Dolæum*. l)
decoloratis & arquatis, ſunt verba *Smetianai*,
efficaces valde ſunt *lumbrici*, ſi quàndo pur
probèque loti in mortario lapideo contuſi c
liquore ex fl. geniſt. aut marrub., ſeu ex cort
bus fraxini, aut ex urticis minoribus deſtilla
vel cum vino albo, aliové utili humore perc
ti fuerint, cumque modico ſaccharo, cinamo
& croco, potu calefacto, aſſumantur. A
*lumbricos* per noctem in vino maceratos exp
mebat, vinumque bibebat. Eôdem reme
Holmiæ Svecorum ſibi medebatur *Andreas P*
*ſen*, purgato tamen priùs corpore.

§. 2. Cardiaca inter laudat *Dolæus* ſ
*mixturam*: n)

R

h) L. IV. c. 2. obſ. 15. i) Idem. d. l. k) p.
120. l) L. III. Enclop. med. c. 8. p. 553. ſe
m) L. IV. Miſcell. med. p. 234. n) l. c. p. 5

Rec. *Aqu.*admirabil.unc.jv. *mixtura*
*lumbricor.*unc.jv.
Sirup.è cort.aurant.unc. j.
*ruel* o) porrigit hanc: *alia.*
Rec. Trach. der habarb.unc.ſem.
diacurcum dr. ſem.
*vermium terreſtr præp.*ut decet dr.ij ſem.
Rad.cydamin.ſcrup.ij.
Sir.byzant.& de eupat.an. q.s. f. mixtur:
mollis conſiſtent.

§.3.D. *Simon Pauli*,trium Daniæ Norwa-
iæque Regum Archiater, nec non Prælatus
arhuſienſis, p) pulv. Langianum q) ſubinde
liciter expertus fuit: *pulv.*
Rec. Limat. ebor. dr. j. & ſem.
ſem. aquileg. ſcrup. j gr. v.
*pulv. lumbric. teraeſtr.*ſcrup. ſem.
(Dolæus r) habet drachm. ſem.)
M. D. ſcrup. j. c. ſirup. cichor.c. rhab. in aq.
cuſcut. ſolut. *alius*
el: Rec. lap. flav. tauri
*ſal. lumbric.*
chelid.maj.an.ſcrup.j.M.pro 2.doſ. ſ)
ëtius *lumbricos terreſtres* in furno exſiccat,
amque myrrha tritos & pulveriſatos exhibet,
cqve icterum poſtridie per urinam profligari
ribit. Adde *Galenum de theriaca ad Piſon.* t)
equens etiam per tribus matutinis erit:
Rec.

o] in Prax: p. m. 327. p) Botan. quadrip.
l.II.p. 21. q) L.III.epiſt.c.4.p.915.r]l.c.p.553.
Idem l.a.) c. 9.

*alius* Rec. *Pulv.lumbric. terreſtr.*
ſterc.anſer.verno tempore collect
dr.j.& ſem.
raſ. ebor.
ſpec.diarrh. alb.
diatr.ſant.an.gr.xv.
ſacch.finiſs.dr.vj.
f. pulv. divid.in 3. p.æqv. u)

Idem *pulv.lumbric.*cumſal.tart.,ſeu tart.vitr
lat.mixt.eſt ſpecificum ſingulare,item decoct
*lumbric.*c.chelid maj. *Jüngkenianus* hic . vw

*alius* Rec. Sterc.anſerculor.verno tempore colll
& exſicc.dr. j.
antimon.diaph:martialis
lapid.ceraun.præp.an.dr.ſem.
*Sal.vol.*urin.
*lumbric.*an.ſcrup.j.
fl.macis
Croci an.ſcrup.ſem.M f.Pulv.doſ.
dr.ſem.

*Birlingianus* confortans & ſpecificus talis : x

*alius* Rec. Pulv cechect.Quercet. dr.ij.
lap.ceraun. præp.
*lumbr.terr.præp*an.dr.j. M.
Doſ.manè & à meridie quantum cuſpis cull
capit in juſculo,cum jejunio bihorij.

Ad acidum,in primis vijs hærens,& viſcidis pa
ticulis implicatum abſorbendum conducet h
pulviſculus : Rec

u) Lotich.L.IV.c.2.obſ.6.& 7. conf. theria
m.cœl.S.II.P.III.M.3.c.5.p.248.ſeq. vv)in Pra
Med.p.601. x) C.I.adverſ.th.78.p.202.

℞. diaphoret. mart. Ind. ſcrup. j. *alius.*
*ſal.vol.lumbric.* gr.V.M.f.pulv.pro j doſi y]
Ad ſolvendas obſtructiones iſte adhibendus: z]
℞. Pell.ventric.gallin. & pedum flav., etiam anſer. dr. j. *alius,*
*ſal. volat.* urin.
*lumbric.*
chelid. maj. an. ſcrup. j. f. pulv.

§. 4. *Pilulas*, quarum gummi in aqua *lumbricor.* ſolut., vide apud *Dolæum*: a] alias habet *Lotichius*, b) quas etiam commendat *Ettmüller.* c]

Rec. *Pulv. lumbric. terr. præp.* ſcrup. j. *pilul.*
gumm. gutt. lax. gr. IX.
ol. ſuccin.
terebinth. deſtillat. an. gutt. IV.
c. ſirup. de byzant. f. pilul num vj. inaurent. & D. pro j. doſi.

*Iacobus Sylvius* d) *lumbric.* pulv. cum ſirup. de byzant. in pilul. format, easque auro obtectas offert. *Williſianas*, quas *probatas* dicit *Dolæus*, vid. apud Eundem: e) In ictero nigro pilulæ *Plateriana* hæ ſunt: f)

℞. Gummi ammoniac. diſſol. in acet. ſcyllit. dr. j. & ſem. *alia,*
rhabarb. dr. ſem.

H Rad.

y) Dolæus l. c. p. 548. z) Id. l. c. p. 550. a) L. III. Encyclop. med c. 8. p. 546. b) L. IV. . 2. obſ. 5. p. 513. c) T. I. Opp. p. m. 824. . d) in Prax. p. 132. e) l. c. f) L. III. obſerv. 577.

Rad. aſari
gentian.
troch. de cappar. an. ſcrup. j.
*ciner. lumbric.*
limat. chalyb. præp. an. ſcr. j. & ſi
cum terebinthin. f. maſſa pilull
qua de capiat æger ſcrup. ij.

*elect.* §. 5. *Electuarium Lotichianum* hoc.:
℞. Conſerv. cichor.
centaur. min. an. unc. ſem.
viol. dr. vj.
*Pulv. lumbric. terr. præp.*
ſpec. diatr. ſantel. an. ſcrup. j.
ſpirit. ſal. rectif. gutt. V. M. S. Leberſtärcku

## CAP. VII.

### DE USU LUMBRICORUM IN HYDROPE.

§. I.

*7) in hydrope* Licèt pleraque inſecta ſint po tiſſima diuretica, præ ceteris men efficaciâ illâ inprimis g dent *lumbrici.* h) In hydr aſcite, ait *Ettmüller.* i) quon per urinam ejiciunt aquam, diſtendentem domen, ſpecialiter commendantur. In *aſcite decoctum lumbricorum terreſtrium* *decoct.* radicib. fœnic. & petroſelin. ſolet præſcr vel etiam recentes conqvaſſantur cum vino,

g) L. IV. c. 2. obſ. 6. h) Vid. Galen. L. ſimpl. c. 39. i) Ettmüll. T. I. Opp. p. 824.

primitur ſuccus & hauritur. Item omnia ex *lumbricis* parata medicamenta in eodem *hydro-pe* conveniunt, quia cient potenter urinam &c. Et alibi: k) inprimis *lumbrici* & *lumbricalia* ceu ſpecifica ſe offerunt: nempe vel decoctum *lumbricorum* in vino propinatur, vel quod me-lius eſt, ſi ijdem putredine colliqueſcant, & *ſpi-ritus volatilis urinoſus* cum ſale volatili ex his deſtillatur, qui in hauſtu vini malvatici, aut mal-vatico juniperino & quocunque vehiculo as-ſumtus, egregius eſt. Vel in decoct. rad. fœ-nic. & baccar. junip. hauſti renes torpidos egre-giè ſuſcitant.

§. 2. Item quod melius adhuc, paretur *li-quor*, ad imitationem *Crollij*. l) Nempe *lum-brici* vivi probè purificentur beneficio muſci terreſtris, includantur cucurbitæ vitreæ, hæc involvatur paſtæ farinaceæ, & ita in clibanum mittatur; ſic fit, ut *lumbrici* reſolvantur in li-quorem limpidum, qui decantatus ad cochl. j. bis in die exhibitus, egregius eſt ad hydropis curam. *liquor.*

§. 3. *D. Cellarius*, Archiater Rudolpho-politanus, hortulanum quendam ex nimio po-tu frigido, alijsque diætæ vitiis, aſcitem cum pauciſſima mictione perpeſſum, ſolo *ſpiritu lumbricorum* per fermentationem parato, & in cereviſia medicamento amaricante miſta, per aliquot dies, bis quotidie ad guttas XXX. exhi-bito *ſpiritus,*

k) T. II. Opp. p. 497. ſeq. l) in baſil. chym. Hartmann. edit. p. 349.

bito feliter curavit, procedente ad ſtupore largiter urinâ. m) Idem nuper *D. Metio* noſt confirmavit fuſiùs. Magis tamen admira eſt eundem fauſtum effectum, licèt aliquam tardiùs præſtitum, in ſene quodam cacheti eôdem contumaci morbo correpto. Conf. *Mi derer.* n) Laudabile etiam infuſum *Dolæi* o) *ſp ritu lumbricorum* auctum. Vel:

Rec. *ſpirit. lumbric. terreſtr, urinoſ.* dr. iij volat. urin. dr. j. vel ij. M. harntribend ſpiritus.

Doſis dr. ſem. vel gutt. LX. bis vel ter in die hauſtu vini cum baccis junip. medicati.

*aqua,* §. 4. *Williſius* noſter tinctur G. G. mag ficavit, ad ſcrup. j. datam, cum *aqua lumbri rum* ad. unc. j & ſir. cich. c. rhab. unc. ſem. p) In hydrope aſcite cum ſcorbuto *Timæu*

*eſſent.* *Güldenklee* q) utilisſimam deprehendit *Eſſ tiam lumbricor. terreſtr.* & tinctur. ligni ſa fras, quæ non tantùm aquas per urinam e cit, ſed & ventriculum roborat, moderate ſiccat.

§. 5. *Lotichius* r) in aſcite diuturno & p tinaci hunc dabat *pulverem*:

*pulvis* ℞. Spec. dialacc.
diacurc. an. ſcrup. j.
calam. arom. ſcrup. j.

hep

m) Vid. Fritſch. diſp. cit. cap. 4. p. 21. Kriegs-Artzney c. 6. p. 227. o) L. III. En clop. med. c. 9. p. 581. p] Dolæus l. c. p. 5 q) L. III. caſ. 24. r) L. IV. c. 3. obſ. 5. p. 333

hepat. lupi præp.
*lumbric. terr. præp.* an. gr. V. S. Pulver
auff zweymal.

*J. G. Schmidius*, Phyſicus olim Regiomontanus in Franconia, ſequentem pro ſecreto habebat, quem, ut novi, ſæpius feliciter dedit ad ſcrup. j. bis in die cum decoct. baccar. laur. & heder. terreſtr.

℞. A. K.
*pulv. lumbric. ritè præp.* *alius*,
opercul. teſtar. cochlear. bene præp.
an. dr. j.
ocul. cancr. ſcrup. jv. M.

*Arcanum Kyperi* nihil aliud erat quàm *bufones* in umbra exſiccati, poſt, capitibus abſciſſis exemtisque inteſtinis. in pulv. ſubtiliſſimum redacti. Reliqua ingredientia optimæ notæ ſunt, inprimis decoctum heder. terreſtr., quo de videsîs hiſtorias *Ettmüllerianas*. ſ] Omnis autem vis diuretica bufonum dependet ab alimentis, in ſpecie *cantharellis*, (ſunt muſcæ inſtar cantharidum vel ſcarabæorum) quêis avidiſſimè veſcuntur. Hi catharelli turgent ſale volatili diuretico, à quibus hoc hydropiſeos remedium bufones accipiunt. Quàm fauſtè *pulvis lumbricorum* glandulas deobſtruat, *D. Emanuel* König egregio exemplo illuſtrat, t) egoque non ſemel feliciter expertus ſum, etiam in meipſo.

CAP.

ſ] T. II. Opp. p. m. 501. t) Dec. II. Eph. curioſ. ann. IX. obſ. 133.

# CAP. VIII.

## DE USU LUMBRICORUM IN SCIRRHO.

§. 1.

IN ſcirrho epatis *ceratum* proſtat apud *S*
*nertum* tale : t)

*ceratum* Rec. Ammoniac. in acet. diſſol. unc. ſem
bdelij dr. iij,
pulv. rad. filicis
cort. fraxin. an. dr. j.
caric. pingv. num. ij.
*lumbric. vino lot.* dr. vj.
Mucilag. rad. althææ
ſem. lini an. unc. ſem.
ol. lil. alb. dr. vj.
coq. ad mucilagin. conſumt., add
terebinthin.
reſin. pini an. dr. ij
empl. de melilot.
diachyl. ſimpl an. dr. iij.
ceræ unc. ſem. F. Ceratum.

§. 2. Tumori ſcirrhoſo in collo nuper
lici cum ſucceſſu applicui ſeq. emplaſtrum :

*empl.* ℞. Empl de gæban. crocat. dr. vj.
diachyl. anod. unc. ſem.
diaphoret. Mynſ. dr. iij.
malax. cum *oleo lumbric.* & chamom

§. 3. *Dolæus* u) habet pulverem , in v

cc

t] L. III. Prax. P. VI. S. I. c.5. p. 687. u]
V. chirurg. c. 7. p. 1149.

…lo, *ſpiritu lumbric.* audacto, ſumendum, *ſpirit:*
…uod poſtremum hoc eſt

℞. aqu. aperitiv. unc. ij.
cinamom. bugloſs. unc. j.
tinct. junip. dr. iij.
*ſpirit. lumbric.* dr. j.
vitriol mart. dr. ſem.
Sirup. ſcord. unc. j. M. ad vitr.

## CAP. IX.

## DE USU LUMBRICORUM IN AFFECTIONE HYPOCHONDRIACA.

§. 1.

D. *Williſius* in affectibus hypochondriacis, quos maxima ex parte convulſivos eſſe demonſtrat. vv) ſi frigido ventriculo ſangv. lienis …ſcraſiæ frigidæ accedant, ſequentes præſcribit …*ulas*: *pilul.*

Rec. Troch. de rhabarb.
pulv. rad. ari,
cortic. Winterian. an. dr. ij.
rad. ſerpentariæ virginianæ,
contrayervæ
diatr. ſantal.
ocul. cancr. an. dr. j.
extract. gentian.
centaur. min. an. dr. j. & ſem.
ammoniac. ſolut. in *aq lumbricor.* q.
ſ. f. maſſa pilular.
cape jv. pilul. mane & hor. jv. p. m.



vv) tr. de morb. convulſ. c. XI. p. m. 131.

ſuperbibendo hauſtul. vini abſinth..
chalybeati cum exercitio moderato
D. *Riedlin*. x) de hac *miſtura* ad dolores hy-
*ſpirit:* chondriacos gutt. XI. dedit.
Rec. *ſpirit.* cochlear.
*lumbric. ter*. an. dr. ȷi.
tartari dr. j. M.

§. 2. In melancholia hypochondriaca cu
ſpaſmo cervicis in uſum quoque ceſſit *linim-*
*tum* :

*liniment* Rec. *ol. lumbric. terr*. unc. j.
axung. vulpin.
human. an. dr. vj.
ol. nardin.
coſtin. an. dr. ij.
deſtill. ſuccin. ſcrup. ſem.
F. c. modica cera linimentum. y)

*Tim. à Güldenklee* habet hoc: z)

*aliud,* ℞. *ol. lumbric terreſtr. compoſ*. unc. ij.
terebinth.
lit. alb. an. unc. ſem.
gummi ammoniac. unc. ſem.
ol. deſt. bacc. junip. dr. j.
terebinth. q. s. f. liniment.

D. *Eyſel*. a) verò hoc:

*aliud,* ℞. *ol. lumbric terreſtr.*
chamomill rom. an. dr. iij.
deſt. cochlear. ſcrup. ſem. M.

§§

x) C. III. obſ. 74. p. 407. y) Lothich. L..
c. 4. obſ. 3. p. 342. z] L. III. caſ. 32. a) de fo-
mul. præſcrib. c. 25. p. 194.

§. 3. De hypochondriaco, quoties utitur medicamentis convenientibus, ſemper ferè epileptico, ſcripſit mihi nuper *D. Roſenvvald.* ita *Nicol.* Feldbach/ S. Th. Studioſ., quoties medicamenta ſplenetica internè adhibebat, certò certiùs fiebat epilepticus, aliàs ab hoc malo immunis. Plura *epilepſiæ ſpleneticæ* exempla vide apud *Schenckium*, b) *Marcell. Donat.* c) & alios. Epilepſiam à *ſudorifero* notavit *D. Samuel Ledel.* d] *epilepſia ſplenetica*

§. 4. *Tobiæ Kürſtern*, Mercatori Lubecensi, ſeditionem faciebat lien, occupabat præcordia. e) Cumque omnia ferè fruſtrà tentâſſet, barbitonſor de *uſtione lienis* bene multa blaterans, tantùm non perſvaſerat bono viro, ut in ſententiam ejus deſcenderit. At inducijs à Medico factis, mentem mutabat. Uſtio lienis apud Veteres non ſolùm fiebat externe, ſed etiam apertâ lienis regione, & per hamulos diſtentâ cute ipſum ſplenis parenchyma cauterio tridentis inſtar triplici infixum transſuebatur, qualem urendi rationem expoſuit *Ægineta*, f) ejusque in Baſileenſi Profeſſore felicem ſe vidiſſe ſucceſſum refert *Bauhinus*. g) Et *Alexander Trallian.* h] narrat, ſe militem curâſſe, cui tota lienis regio barbaricis & candentibus ferra- *uſtio lienis*,

H 5

b) L. I. obſ. 172. c.) L. II. H M. c. 4. p. 147. & C. II. obſ. m. MS. 51. d) Dec. III. Eph. curioſ. ann. II. obſ. 46. e) Plaut. Mercat. a. I. ſc. 2. verſ. 14. f) L. VI. c. 48. g] L. I. theatr. anatom. c. 43. h) L. VIII.

ramentis inuſta erat. Antiquam uſtioně Hippo
craticam inÆgypto adhuc celebrari cum goſſ
pio & petia lignea ignita tradit Alpinus. i] In
ternam hanc parenchymaticam cauteriſatione
*Mœbius* k) exemplo curſoris Tylliani confirma
quem viditHalberſtadij apudŏvecicum Chilia
cham de *Burgſtorf*, qui ſingulis diebus nove
milliaria germanica pedes conficiebat, quia ip
unà cum quinque alijs juvenibus lien ab A
chiatro *Tylliano*, præmiſsâ potione narcoticâ,
apertâ prius ſectione eâ abdominis regione, fe
ro leviter candente uſtus fuerat. De fide hu
jus rei dubitanti *Mœbio* ultrò regionem lien
denudabat, & cicatricem à ſectione reſidua
ſatis manifeſtam oſtendebat, addens prætere
unum de quinque iſtis ſocijs ex uſtione ill
obiiſſe.

CA

i) L. III. de medic. Ægypt c. 12. k) Me
Phyſiol. c. 16. p. 405.

# CAP. X.

## DE USU LUMBRICORUM IN SCORBUTO.

§. I.

IN Caria ambulare mortuos, ajebat *Stratonicus* citharædus: id potiùs de Thuringis noſtris ſcorbuticis & ſpleniticis dixero. Ventriculi affectibus ſcorbuto accidere ſolitis opponit Cl. *Williſius* l) elix. propriet. cum *aqua lumbricorum.* *Hilarius Bylon*, Meklenburgicus, meus olim in Acad. Cantabrigenſi commilito, præſervationis ergo *lumbricos* in urina ſua antea lotos & ſuffocatos, poſtea cum adipe gallin. frixos, in aurora devorabat, qvod remedium ei dixerat Parens Chirurgus. Haud malè ceſſit, num verò intentioni ejus ſatisfecerit, neſcio. 10) *in ſcorbuto* *aqua*

§. 2 Infuſum *Waldſchmidianum* hoc eſt: m)

Rec. Rad. ſucciſ. *infuſum*

aristol. rot. an. dr. ij,

fol. hepat. nobil.

eupator.

cochlear. an. Mj.

*lumbric. terreſtr.* num. iij.

ſem. cochlear.

fœnic. an. gutt. xv.

Sal tartari gr. viii..

tama-

l) T. II. Opp. p. 192. m) Vid. Opp. ej. p. 340.

tamarind. unc. ſem.
f. ſennæ ſ. ſt. dr. ij.
rhabarb. (ſeu rhei elect.) ſcrup. iij
Infund. per noct. in ſero lactis ferv...
Mane exprim. & col. ſine coctione...
Colat. ℞. unc. ij. ſeu iij. add.
Mann. elect. unc j.
aqv. antiſcorbut.
cochlear. an. unc ſem. M. f. po...
pro una doſi.

Adde infuſum *Dolæanum*, aquâ *lumbricoru...* auctum n)

§. 3. Eſt qvidem *ſpiritus lumbricor.* ſp... ficum anti-ſcorbutico- anodynum, ſi rité ac... *ſpiritus* beatur à Medico. Promiſcuè verò uſurpa... tantùm abeſt, ut ſpecificus ſit, ut potiùs nox... inferat, & ſymptomata ſcorbutica exacerb... quod à volatilium promiſcuo uſu ſæpè ob... vatur, quæ calorem accendunt, humores, ſang... nem, ſpiritus in motum efferunt, ut ægrot... anxietates reſolvantur. In doloribus ſcorbut... externa inter commendat *Dolæus* hunc: o)

*alius,* Rec. *Spirit. lumbric. terreſtr.*
formicar.
cochlear.
topici ſui an. uac. iij M.

Etiam internè cum ſucceſſu exhibet *ſpirit. lu... bric.* p) Ad leniendds dolores catarrhi ſcorb... ci *Birling.* q) uſus eſt hoc:

th...

n) L. III. Encyclop. med. c. 12. p. 640.. ... l. c. p. 649. p] l. c. q) C. I. Adverſ. curioſ. c... 71. p. 152.

Rec. *Spirit.lumbric.terreſtr.*unc.j. *alius,*
theriac.camphor. unc.ij.
eſſent.caſtor.
croci an.dr.j. Euſſerlicher Glieder
ſpiritus.

§. 4. In rigidis & contractis membris utere
*nimento Lotichiano* : r) *liniment*
Rec. *Ol. lumbric.terreſtr.*
medull. crur. vitul. an. unc. j.
ol. vulpin.
urſin.
caſtor. an. dr. ij.
ſucc. cochlear.
naſturt. an. unc. ſem.
ol. lign. gvajac.
deſt. ſalv. & roriſmar. an. ſcrup. ſem.
Aqv. lavend. & cer. q. s. f. liniment.
S. Glieder-Oehl.
n tenſionibus hypochondriorum laudatur hoc
Rec. *Ol. lumbric. terreſtr.* *aliud,*
cappar.
cochlear. per inf. an. unc. ſem.

§. 5. Ad maculas pedum ſcorbuticas vetu-
e tollendas præſcripſit D. *Joh. Franc.*, Med. Ul-
nenſis, Amicus noſter, hoc *ungventum*: ſ) *ungvent*
Rec. *Ol. lumbric. terr.* unc. j.
pingved. taxi unc. ſem.
pulv. Veronic.
bol. armen. unc j. f. ungvent.

§. 6.

r) L. IV. c. 4. obſ. 5. p. 349. ſ) tr. de Vero-
ic. S. III. P. II. c. 5. p. m. 268.

*cataplaſma*

§. 6. Laudabile quoque *cataplasma lingianum*, t) nec non *Sennertianum*, u) *tu lumbricorum* tinctum ; *Brigitta* Herb Filiæ ſuæ XVII. annorum hoc parabat ad m gandos dolores lancinantes pungentesque

Rec. Fl. chamomill. rom.
verbaſci an. M iij.
fol. hyoſciam. M j.
ſemen hyosciami unc. ſem.
coq in lact. caprino, addit.
*ſpirit. lumbricor. terr.* q. s.
f. catapl.

## CAP. XI.

## DE USU LUMBRICORUM IN HÆMORRHOIDUM DOLORE.

*11) in dolore hæmorrhoidum,*

§. 1.

AD leniendos dolores *hæmorr dum* non ſemel bono cum ceſſu uſus ſum *oleo lumbrico* cum oleo florum verbaſci mi inſtillatis aliquot guttulis deſtillati chamomillæ. At cum me falleret Parocho qvodam, miſit ei D. *Funck* ex It ſecum allatam, adhuc recentiorem, *herba hæmorrhoidalem*, ut tangeret eâ dolentes morrhoides, inque camino poſtea ſuſpende Sed cum nihil etiam levaminis ab iſta, pluri ſupervenientibus ſymptomatibus, ex irregu

dd

t) C. I. adverſ. obſ. 71. p. 852, u) L. III. P S. 2. c. 7. p. 640.

æta potiſſimùm ortis, calcabat viam univerſæ ortalitatis.

§. 2. Tetigit herbam iſtam *Rolfinccius* vv) *herba* s verbis : *Durantes* in hortulo ſanitatis & *lyſſes Aldrovandus* magnificerunt *hæmorrhoi-alem* herbam, quæ eſt ſpecies polygoni, Italiæ on ignota. Eâ tactæ *hæmorrhoides* dolentes eliùs habent, ſi per diem circa femur geſtetur, mox in fumante camino ſuſpendatur. Ut erba, ita *hæmorrhoides* corrugantur, omnisq́ve aneſcit dolor.

§. 3. Quoties *Henricus Frencke*, Presby- *obſ.* r & Canonicus Hillesheimenſis, loco dolenti *vum lumbricum terreſtrem* imponebat, toties iam ſenſit levamen , dicente *Meinharto à üchtringen*, x] Ideò tanti fecit *vermes* iſtos , non ſine ſumma animi indignatione ferre ɔtuerit, ſi quis ullo modo aliquem læderet, vo-ns eos *Doloriplacas* ſuos. *Titmarus* Klencker *mbricos iſtos* cum fl. chamom. & lil. alb. in o-o ovorum paulisper frixos in forma cataplas-atis imponebat magno cum juvamine. Quo-es verò guttulam vini deguſtabat, ſtatim recru-uit dolor.

§. 4. *Joann. Heuter*, Vir præclarus, à quar-na liberatus incidit in *hæmorrhoides cæcas*, im graviſſimis doloribus, ut integris noctibus gilaret. Purgato primùm corpore , & adhi-

to

vv) L. III. Epit. cogn. & curand. aff. part. c. I. p. 328. x) in comp. M. S. mirabil.

to fotu,inungebatur oleo lini,viol.&c. Appo
etiam lana ſuccida,ſeqventi miſturæ immerſ

*mixtura* Rec. Olei lini unc.j.cum dimid.
viol.unc.j.
oniſcorum recentium,
*vermium terreſtrium* an.unc. j.

Coct.parùm f.expreſs.per pannum,S.u
Tandem injectum fuit enema molliens l
ens, ſedansqve dolorem, à quo ter ſeceſſit c
magna alleviatione. y)

# CAP. XII.
## DE USU LUMBRICORUM IN ARTHRITIDE VAGA.
### §. I.

*12) in arthritide vaga*

VErè *Balthaſar Timæus à Gûld klee* z) nullâ victimâ magis p cari potuit hæc furia (arth vaga) quàm *lumbricis terreſt bus vivis*, partibus dolenti impoſitis: vehementi namque lucta in verm culos deſœviens malignitas,ſubitâ tabe conſu tis occiſisque hoſtibus, ad tempus deferbe ſubinde iterum recollectis ex intervallo virib repetens,donec longo continuoque ſpecifici ſu penitus extirpetur. Eſt autem ſpecificu iſtud *Eſſentia.* Modus ergo cognoſcendi m bum hunc eſt,ſi imponatur loco maimè dole *lumbricus vivus*, ſic exilire eum, circumgyra incurvare,tabeſcere & emori videbis. Inter

p

y] Foreſt, L. XXIII, obſ. 7. z) L. III. caſ. 3

Peccantium humorum ardor mitigatur, interius exhibiti quoque egregiè ſuum officium faciunt. Tentavit *Henricus Petræus* a) cum multis *vermibus*, miro & jucundo ſpectaculo. b] Experimenti hujus ratio videtur hæc, doloris nempe & tumoris in parte affecta excitati cauſa eſt, quòd à ſangvine feculentiæ ſalinæ, ſeu lixiviales, ſimulque à ſucco nervoſo, acetoſæ, in eodem loco depoſitæ, mutuò effervescunt, non ſecus ac ſpiritus vitrioli, ſali tartari deliquato commiſſus; porrò à tali particularum disſimilium lucta & agitatione, uti dolor & tumor cientur, ita quidem effluvia valde acria, & velut corroſiva copiosè abſcedunt, quæ *lumbricum* loco dolenti impoſitum, nihilominus quàm ſuper liquores iſtos ebullientes, ſuſpenſum enecant. c) *ratio experimenti*

§. 2. Remedium adjectum geminum eſt (1) Rec. novem *lumbric.* in mortar. contuſ. c. 2. cochlear. vini. Per pannum expreſs. addat. dimidia vini menſura Sumant. iij. cochlearia manè, meridiè & veſperi. Minor tamen vermium copia nimia vini ei viſa fuit, pro ſingulis doſibus. *potio*

(2) Rec. ſabin. ramulos ij. vel iij. *alia*
mell. virgin. cochl. ij.
coq. c. menſur. vini ad ſubſidentiam 2. digitor.

I col.

a) in epiſt. ad Greg. Horſt. S. II. p. m. 350.
b) Add. Williſ. de ſcorbuto c. 9. p. m. 197.
c) Idem l. c.

col per pannum.

Bibat mané, meridie & veſperi coc
jv. ſeu v.

Hæc ex Weſtfalia mittebantur,uſus eſt prio
licèt poſterius magis arriſerit ægro, Medicus;
men haud lubenter receſſit à vermibus. Si
ceſſum per duas ſeptimanas felicem habuit, d
lores valde remiſerunt, quies nocturna red
ſed tamen dolores ſingulis ferè noctibus, n
verò tanti, nec toties repetebautur, inceſſus
iam melior,licèt adhuc ſubclaudicans cum in
mitate poplitis. *Petræo* ſubſcripſit *Horſt*,
nec improbavit potionem Monaſterienſe
quam celebris Matrona pro arcano ſuo hab
bat, & talis eſt:

*alia.* Rec. ſalv.

belonic.

rut. an. fol. V.

*lumbric. cum cingulis rubris in coll*
num. V

ſabin. parùm.

rad. ſucciſ. num. ij.

contund. c. aqv. fl ſambuc. & ſu
expreſſs., pro ſudore
movendo exhib.,addit. ſcrup.ll. ariſtolo
rotund.

quâ ſine Medicos nil feliciter curare poſſe, aſ
ruit *Apulejus*. e) Poſtridie numerum ex quina
ad ſeptenarium auxit. Tertio verò pro ſep
na

d) l. c. p. 354. e) L. de virtutib. herb. c. 1
p. m. 208.

nario singulorum novenarium ſubſtituens. Tribus hiſce doſibus ſimul rad. ariſtoloch. trit. drachmas duas admiſcuit, ſingulis putâ doſibus ſcrup. ij. & cochl. j. mellis virgin. Paulò aliter potionem eandem forſan majori cum fructu proponit *Henricus a Braa*, Med. Campenſis, apud *Foreſtum*: f)

Rec. Rad. ſuccis. unc. I. — *alia*,
aristol. rot. dr. iiß.
H. ſalv. nobil.
betonic.
abrotan.
rut.
vinc. pervinc.
ſabrin. an. P. j.
coq in aq. fluminis ad mediet. cum hujus decoct. expreſs. unc. jv.
trajiant *lumbrici terrſtr. circulis in collo inſigniti*, vino prius abluti & triti, num V. deinde admiſce
theriac. dr. ſem.
pulv. cinam. dr. j.
ſacch. q. s.
exhib. manè calidè ad ſudorem per aliquod dies.

*Dravvizius* g] eàdem potione uſus eſt in piſtore (cujus hiſtoriam addit,) aucto tamen ſabinæ pondere, quia hæc nervos magis deoppilat. Perinde autem eſt, ſeu nudipes, vel calceatus accer-

f) L. XIX. obſ. 37. p. m. 308. g) artic. I. de ſcorbut. p. 36.

cerſas ſabinam,vel dextra lævâve decerpas ea
dem. Valde indifferenter verò ab imperitis
Weſtfalia & alibi uſurpantur potiones iſtæ ,,
quidem cum certa *vermium* in numero ſuperſ
tioſa obſervatione. Vidit tamen *Wierus* h
ſequentem formulam apud quosdam maxi
uſus eſſe, nempe primo die capiunt IX. *lumbri*
alia, *cos* ablutos tuſosque, & cum vino, ſeu cerevi
per cribrum cilicium transmiſſos. Propina
unico hauſtu ſummo mane,obtectoque diligen
ter corpore, ſudorem provocant, qui in hoc a
fectu valde utilis. Quô bene prolecto , de f
liciori cura ſpes eſt. Si placet aliquid mac
ſeu cinanomi &c. ad ſtomachi robur & gratia
potioni conciliandam , admiſcere , tutò pote
Poſtridie paratur iterum bibiturque . eo tam
diſcrimine, ut lumbricorum numerus duplicetu
& XVIII. ſumantur. Tertio die XVII. Quo
ſi hoc modo malum ſuperetur, ùt ferè fit, tu
acquieſcunt. Sin verò dolores recrudeſcun
ſeu non remittunt,repetendus modus prior ,,
dictum, cum novenarij *vermium* numeri adj
ctione in ſingulos dies. Quòd ſi verò morb
radices tàm altè egerit , ut dicta curandi rat
non ſatisfaciat, contunduntur quidem,*verme*
ſed cum liquore ex ſalv. betonic. abrotan.
angelic. in aqua decocti, per cribrum, ùt ant
trajiciuntur & pro potu exhibentur. Alii acc
alia, piunt *lumbricos* XV.totidemque folia betonic
ſimul contundunt , & cum dimidia cereviſ
men

h) de Varenis,

enſura, cui pauxillum ſabinæ incoctum, tra-
iunt, quo de hauſtulum cum modica theriac.
anè exhibent per triduum continuum, cre-
ente lunâ, & totidem dies in decremento
inæ. Alij ſabin. M. I. cum cochl. V. cereviſ.
onterunt, & per cribrum pellunt VII. *lumbri-*
*s* antè contuſos, addendo theriac. opt. drachm.
m. & ſacch. q. pl. Hanc potionem æger pri-
ò die bibit, altero parem, ſed cum XI. *lum-* alia,
*ric.* confectam: tertio die æqualem doſin, ve-
am cum *lumbricis* XIII. præparatam. Quam
rationem per menſes duos aut tres continu-
at, apparebitque tandem in fundo urinæ quid-
am chordro avenaceo ſimile, quod pro bono
gno habent. Alij accipiunt *lumbricos* novem
t. & tuſos cum MI. herb. pervinc., affuſaquè
ereviſiâ percolant & exhibent ante mutatio-
em lunæ, & poſt quoque. Alij potum pa- alia,
nt ex ſalv. anguſtioris foliis rut. & betonic.,
uæ cum *lumbricis* ſimul tundunt, addit. cere-
ſ. dulci, trajiciunt per cribrum, præbentque
er IX. dies quotidie unc. VI. creſcente Lunâ,
t tantundem totidemque dies eâdem deſcre-
ente. Alij ſine *lumbricis* ſibi parant potio-
es. i) Sequens potio, vel cochleatim ſemenda,
u, neceſſitate urgente, pro una doſi, raro fe-
llit *Dolæum* k)



i] conf. Möllenbrocc. l. c. c. 12. p. 240. ſeq.
Pravvitz. de ſcorput. art. 1. p. 34. ſeqq. k] L.
II. Encyclop. med. c. 14. p. 734.

*alia,* Rec. Aqv. pini
veronic.
trifol. fibr. an. unc. j.
theriac. opt. dr. j.
tinct. tartari ſcrup. j.
*ſucc. lumbric. recent.* c. vin. expreſs. dr.
ſirup. ſcelotyrb. dr. vj. M.

Vel. Rec. theriac. recent. dr. j.
*alia,* aqv. veronic. unc. j. c. dimid.
*ſucc. lumbric.* dr. iij.
liqv. CC. ſuccinat. gutt. XV.
mixt. ſimpl.
tinct tartar. an. ſcrup. j.
aq. cinanom. bugloſs. unc. ſem. F.
tiuncula pro unâ vice, interpon. in
paſſulatum.

Aliam vide in operibus *Waldſchimidianis*
Vel:

*alia,* ℞. Aqv. ſerpilli
comar. abiet.
cochlear- an. unc. j.
eſſ. catarrhal. dr. iij.
*ſpirit. lumbric. terreſtr. per putr.* dr. j
ſal. volat. CC. ſcrup. j.
ſuccin. ſcrup. ſem.
lapill. cancr. præp. dr. ſem.
laud. opiat. gr. iij.
ſir. rad. helen. unc. j. M. S.

Scorbutiſch Glieder-tränklein/davon Löff
weiſe.

---

I) p. 523.

Vivi cum lacte, ſeu ſero lactis contuſi & perco-
lati, feliciter quoque propinantur in arthritide
ac contumaciori. Mirè etiam conveniunt
cum ſterc. vaccin. mixt. & contuſ. Summum
quippe anodynum ſunt ad omnes affectus do-
lorofos, præſertim ex acido volat. ſcorbut. or-
tos, tèm partium internarum, quàm externarum
ſeu artuum. Sal enim volat. urinoſum abſor-
bet & corrigit acidum eorum.

§. 3. Bonum quoque *vinum lumbricatum* *vinum,*
*Rolfincij* : m)

℞. *lumbric. terreſtr.* unc. XII.
contuſ. in mort. c. vini cochl. vj. exprim. per linteum,
expreſs. miſc. c. vini canthar. dimid. D. cochl. iij. matutina IX, & pomeridiana jv.

Murarius iſte à *ſucco lumbric.* cum vino expreſs.
& pulv. eorundem quotidiano uſu doloris qui-
dem mitigationem & cruris, quod ſimul qua-
dantenus reſolutum apparebat, promtum mo-
tum obtinuit, ſed cum ſuperveniente valde do-
lorifico ardore urinæ, qs. à cantharidibus, ſeu
vermibus majalibus.

§. 4. Efficax quoque *ſpiritus Drawitzij*: n) *ſpiritus,*

Rec. fl. lil. convall. M. ij.
rorifmar. Mj.
caſtor.
ſem. cochlear. an. dr. vj.
erucæ unc. ſem.



m) O. & M. ſpec. L. X. c. 5. p. m. 859 n) de
Scorbut. art. I. p. 38.

inf. in ſpirit. vin. opt. rectif. unc. viij.
ſolando per tres dies,
expr. deinde fortiter, & add.
*ſpirit. lumbric.* unc. ij. c. dimid.
camphor. dr. j. & ſem. M. exactè
*Spiritu urinoſo* vix habetur melius remedium
dr. ſem. ad integram, ſi ritè rectificatus fuerit
quocunque vehiculo. Vidimus, ait D. *Wei*
o) à *ſpiritu lumbricorum* urinoſo volat. ſæpe
momento dolores hujus arthritidis conticuiſ
quod inſigni probat hiſtoriâ p) Conf. Cl. *Clla*
*der.* q) *Spiritus externos* habet *Möllenbrou*
r) queis tutò uti potes.

*mixtura* §. 5. *Mixtura* arthritica in doloribus ar
cularibus vagis â ſero ſcorbutico ortis, hæc
apud *Birlingium* ſ)

℞. *Eſſent. lumbric. terreſtr.* ſale acuat. unc.
ſarſaparill. unc. iv.
mixtur. antihypochondr. ſcorbut.
unc. iij.
Spirit. fl. ſambuc. unc j. M.
Doſ. à gutt. XXX ad XL.

Egregia qvoqve *Eſſentia* contra hanc arthr
tidem *Güldenklees*, qvam ſis vid. apud Eum, i
ſeu *Ettmüllerum.* u) *Dravvitzius* ſuam max
m

o) Opiolog. L. II. S. 1. c. 1. p. 83. p) Dec. I
Eph curioſ. ann. VI. obſ 90. q] diſp. inaug
de h. m. c. 8. r] de cochlear. p. 123. ſeq p. 28
& 272. ſ] in append. medicament. c. 14. p. 77
t) in deſcript, medicam p. 431. u) T. II. opp
p. 575.

è extollit, vv) qvam appoſuit *Möllenbrocc.*
D. *Michaël* cum *ſpirit. lumbric.* Part. II. &
m ſpirit. CC. cum ſale volat. part. II. tanquam
enſtruo ex vegetabilibus arthriticis eſſent.
am compoſitam parabat & miracula facie-
t. y]

§. 6. *Succus lumbricor*, cum vino expreſſus
primè etiam conducit. z) Neſciebat eum
*ichaël Spöner* non ſatis commendare ob uti-
ſſimum, qvem præſtiterat, uſum. *Balthaſar*
*bnor lumbricos* contuſos infundebat ſero la-
is, infuſumqve colatum hauriebat ter qvoti-
e, uon neglecto poſtea *ſucco expreſſo*, cum
regio levamine. Externè locis dolentibus
ponebat ſtercus vaccinum, recens cum *lum-*
*icis* contuſis ſubactum calidè. Hæc enim po-
s recludunt, verùm ſi frigeſcant cataplasmata,
cùm humida ſint, poros magis ſtringunt.

*ſuccus*

.7 LaudatusDolæus oleum parare ſolet extri-
s animalibus qvadrupedibus, tribus aquaticis,
bus reptilibus & tribus volatilibus, qvò mira
æſtitit in affectib⁹ arthriticis, ſi ſimul mixta fue-
t olea compoſita ex ſcarabæis, aſellis, & *lumbri-*
. Sed non omnes pingvia ferre poſſunt. Qveîs
tur conveniunt ſalia volatilia, ſpirituoſis &
oſis mixta, inprimis ſpecifica & appropriata,
antur, e. g.

*oleum,*

Rec. *Spirit.* fl. verbaſci cum vino tartariſat.
parat. unc. vj.

*aliud,*

Sal

vv) l. c. p. 40. x) l.. y) Etmüller. T. I.
p. p. 825. & T. II. p. 575. z) Dolæus L. III.
ncyclop. med. c. 14. p. 738. ſeq.

*aliud,* Sal armon.volat.unc.j.
*lumbricor*.unc.ſem.
camphor.dr.ſem. M.

*aliud,* Vel: ℞. Spirit.armon.volat.unc.j.
balſ.ſulfur cum ol.ſucin.parat.dr.ij.
*Spirit:lumbric.terreſtr.* unc.ij.
ol.deſt.caryoph.ſcrup.ſem. M. D..
illinendum.

*aliud,* Vel: ℞. *Liqv.lumbric.terreſtr.* unc.ij.
ol cochlear.unc.ſem.
deſt. ſalv.
rorismar.an.gutt.IX.M. a)

*balſamus* §. 8. *Balſamus Rulandi* antipodagricu[m] *Möllenbroccio* correctus, b) ac à *Deckero* la[u]datus, c] à *Tilingio* d) repetitus, talis eſt:

Rec. *Lumbric.terreſtr.* unc.v.
Spirit.ſal.armoniac.unc.ſem.
cochlear.unc.ij.

In qvibus diſſolve ſapon.Venet.unc ij. campho[r] dr. vj. opij ſcrup. j. croci ſcrup.ſem. M. Dige[r] per aliqvot dies & noctes, poſtea filtr. & S.. vitro optimè clauſo pro uſu. S. Euſzerlich[e] Glieder-Balſam. Applicatur parti affec[tae] cum linteo prius calefacto.

*ungvent &c.* §. 9. Varia *linimenta* & *ungventa* proſta[nt] apud *Möllenbrocc.*, e) *Finckium*, f) *Dorncre[ll]*
g) *L*[…]

a) Ettmüll. T II. p. 578 b) l. a.c, 15. p. 2[…] & tr. de cochlear. c. 21. p. 123. c) in not. Prax. Barbett. L. IV. c. 3. p. 150. d) de O[p…] P. III, c. 3. p. 206. e] de cochlear. c. 21.. 131. ſeq. & de arthrid. vag. c. 15. p. 283. f][…]

g) *Lotichium* h) *Bruelem*, i) & alios bené mul-
tos. *Emplaſtrum* dabit *Lotichius.* k] Chi-
rurgus utebatur aliquando etiam empl. *Stro-
beibergeri* contra quartanam, & iſtud *lumbricis*
noſtris coruſcat. l) Plura hujus generis reme-
dia externa, ut *olea, cataplasmata, inſeſſus,
balnea* etiam *clyſteres*, videantur apud *Möllen-
brocc.* m) & alios. Fieri quoque poteſt *cata-
plasma* ad mentem *Sylvianam* ita:

Rec. Mic. panis albi in lacte dulc. coct. libr. j. *cataplaſma*
croci dr ij.
*ſucci lumbric. terr.* dr. vj. M, n]

Et ſanè *Hermannus* Speyer/præmiſſo diapho-
retico, quod *Riedlini* eſt, o]

Rec. Rob. ſambuc. unc. ſem.
antimon. diaph.
Mixt. ſimpl. an. ſcrup. j.
*ſpirit. lumbric terreſtr.* dr. j.
aq. card. bened unc. ij.
fumar. unc. j M.

cataplasma hoc *Sylvianum* valde ſalutare in
ſeipſo expertus eſt.

§. 10. Ceterùm cum omnis virtus à *talpa
lum-*

enchirid. g) diſpenſat. nov. P. II. c. 19. p. 62. h] L. IV. c. 4. obſ. 11. p. m. 371. i) in Prax. p. 447. Add. tr. m. de talpa S. 2. c. 7. §. 5. & de theriac. cœl. S. IV. c. 2. §. 8. k) l. a. l) Birling. in append. medicam. c. 23. p. 138. m) de cohl. c. 21. p. 132. & 139. & de arthrit. p. 284. & p. 203. n) Dolæus l. c. p. 741. o) C. II. obſ. 54.

*lumbricis* in hoc morbo ſit, p) *Frederic* *Schör*, Med.Cand Upſalienſis, *talpam* & *lum*-*bricos* ſemper conjungebat, ut vis unita forti fieret. Nec aberravit à ſcopo.

## CAP. XIII.
## DE USU LUMBRICORUM IN CALCULO.

§. I.

13) *in calculo, potio,* BOnæ notæ formula ſeqvens *Ettmüller* q)

Rec. Aqv. heder. terreſtr.
petroſelin.
alkekeng. an unc. j.
Malvatic. junip. unc. j. cum dimid.
*ſpirit. lumbricor. terr.* dr. ij.
ſal. armon. ſeu urinæ dr. j. & fer
*Vinum* ſirup. hed. terreſtr. unc. j. M. f. Poti
ſumat. cochleatim.

§. 2. *Heyſo Gadewiſch* pro imminuen & expellenda *nephritide* ſæpiùs utebatur vin ſuo ex raphan. major. rad. & ononid., bacc. ju nip. fl. chamom. rom. & capitulis alij parat inſperſo pulvere *lumbricorum terreſtrium* len to calore exſiccatorum. r] Pulverem cont *calculum Plateri lumbricis* nobilitatum hic e ſ)

Re

p] conf. talpa. mea S. 2. c. 7. §. 4. q) T. II Opp. p. 712. B. r] Meinh. à Lüchtring. in comp mirab. MSto. ſ) Vid. Birling. append. adver curioſ p. m. 105.

*pulv.*

Rec. Pulv. milleped. unc. ſem.
*ciner.* paſſer. troglodyt.
teſt. ovor.
*lumbric.* an. unc. ſem.
crem. tartari unc. j.
ſal ſuccin. dr. j.
oſſic meſpil.
cynosbat. an. dr. iij.
lap. judaic.
ſpong. an. dr. ij.
vitri uſti dr. iij.
Sem. milij ſolis unc. ſem.
dauci dr. ij.
althææ dr. iij.
fl. cham. rom. Man. ſem. f. Pulv.

rebriùs diverſis nephriticis ipſemet dedi in a-
*ra cortic. fabarum*, & plerumque bono cum
fectu. Aqvam iſtam mihi ſpecialiter com-
endavit ImmortaleReip Medicæ decus *Thom.*
*artholin.*, Doctor quondam meus, in ſeipſo
liciter expertam. t)

§. 3 Salia qvod attinet, ſunt verba *Langi-
na*, u) de ijs univerſale hoc dogma præmit-
, qvòd ſcilicet natura omnem cujuscunqve
i vim in eorum poteſtatem, tanquam in prin-
pium magis ſtabile & perdurans, poſuerit. Id-
rcò etiam qvemadmodum cuivis lithontripti-
e ſpeciei ſal ſuum ineſt nativum; ita qvoqve
tæ reliqvis principijs iſtud à Medicis eo magis
lau-

t) Add. C. I. epiſt. med. 55. p. 238. u) in
Miſcell. curioſ. p. 150.

laudatum antecellit. Hûc referendi ſunt c
res ſcorpion., *lumbric. terreſtr.*, millep
ſtram.fabar., geniſtæ &c. Nam quicquid li
*neres* præſtant,non ut *cineres* id faciunt .,
*liniment* qvatenus in ijs *ſal* adhuc reconditum eſt.

§. 4. In *lapidum* ex veſicæ fundo ex
ctorum,& ulceris inde relicti curatione, alii
ter qvoqve *enemate* & *linimento* utebatur
*danus*, vv] utroque *lumbricis* aucto.

## CAP. XIV.

## DE USU LUMBRICORUM IN UI NÆ INCONTINENTIA.

§. 1.

14)*in urinæ incontinentia* INterdum post laborioſum & difficilem p
tum *urinæ incontinentia* accidit puerpe
ad quamcurandam poſt balneum pube
ungenda ungvento *Sennertiano* x) ex
tellis pingvibus in *oleo lumbricor.* &c. co
Certè feliciter uſurpatum fuiſſe in muliere
tava Lugduni, etiamnum recordor.

*pulv.* §.2. Ἑλκωσιν τῆς κύστεως καὶ ψῶραν ..
git qvoqve hic *pulvis Joëlis*. y)

Rec. *Ciner.* priap.tauri dr. ij.
*vermium terreſtr*, ſiccat. dr. j.
troch.de alka.dr. j.cum dimid.
gummi ceraſ.
amyli an.ſcrup.iv f.pulv.tenuisſ.

D

vv) C. III.obſ. 69. x) L. IV. Prax. P. II. S
C. 9. p.m. 466. y) Pract. L.VI, S. 2, p. m. 4

Doſ.eſt dr.j.mane veſperique cum aq. betonic.

§. 3. Fœmina Hildesheimenſis eâdem *in-ntinentia* afflicta,cum ſucceſſu utebatur *pul-ſculo* & *linimento*. Ille hic erat : *alius*

Rec. *Pulv.* teſticulor.lepor.dr.j.
*lumbr.terreſtr*.ſcr.j.
CC. uſt. præp.ſcr. ſem. M. D. c. vin. rubro.

ôc verò cervicem veſicæ & lumborum verte-ras ſæpiùs inungebat :

Rec. Ol. caſtor.
rut.an. dr.ij.
*ol.lumbric.terreſtr*.dr.j.cum dimid. *liniment*
deſtill. lavendul. gutt.ıx. f. liniment.

## CAP. XV.
## DE USU LUMBRICORUM IN ISCHURIA.

§. 1.

Oël z) *lumbric terreſtr*.num. quinque in mor-tario contrit. cum hauſtulo vini & fortiter xpreſſos exhauriendos offert. Fauſtè id ante ennum probatum in opilione vicino. No-lis puer plus ſolito & ultra vires in nuptiis bi-erat, diuque urinam retinuerat, qui ſolo *ſpiri-t lumbric.* cum ſpirit. junip & ol. ſuccin. mixt. matre ſervabatur, referente *Schopfio* noſtro Adde

*15) in Iſchuria, potio,*

*ſpirit.*

z) L. VI. Pract. S. 2. p. 431.

Adde ſenem iſtum à ſimili caſu mortuum, & recordare ,quô fato extinctus fuerit bilifs. *Tycho Brahe* , uti ex *Andreæ Tox* Reg. Dan. Medici,ore narrat *Fabr. Hildan..* quem citat *Joann. Alb. Papke.* c)

*grilli* §. 2. Juvenis ruſticus XIX. annorum pertinaci Iſchuria *grillos* domeſticos, & *lum cos* in forma pulveris non ita pridem felic ſumſit, dicente Paſtore iſtius loci. *Grylli* do ſtici haud temnendi, ùt probatum eſt in *the ca mea cœleſti* nuper. d]

§. 3. In retentione urinæ cum maximis loribus ex potu vini recentis ſecuta imum v trem, perinæum, membrum virile, ac os ſacr hoc linimento inunxit *Hildanus*. e)

*linim.* Rec. Ungvent. dialth. dr. ij.
ol lil. alb.
*lumbric.*
ſcorp. an. unc. j. M. f. linim.

Solum *oleum lumbricor.* cum ol. junip. m adhibebat *Matthias Volin*, Amicus meus L dinenſis.

*obſ.* §. 4. Puellus biennis dyſuriâ crebriùs borans, inprimis circa plenilunium : varia uſ pârat. Tandem mater obſtetricis juſſu , um licum & ventrem inunxit ol. rutæ & abſint deſt. tanacet. ac *ſpirit lumbric.* A clyſtere p ſtea applicato multi educti ſunt vermes,cum i

ſig

a) Foreſt. L. XXV, obſ. 16. b) L. lithoto veſic. c. 3. c) in diſp. de h. m. §. 41. d) S. Membr. VI. c. 3. p. 274. e) C. IV. 52.

nſigni levamine. Adde occultam verminatio-
em, diuturnæ dyſuriæ cauſam, à *D. Albrechto*
otatam. f)

§. 4. *Meinhart de Lüchtringen*, cœnobita
Corbeiæ Saxonicæ, rerum naturalium ſedulus
nquiſitor, qui ſub Abbate XXX. *VVittekindo*
*pigelio*, circa AC. MCC. vixit, & ſub *Hugoldo*
orte circa AC. MCCXIX. deceſſit *compen-*
*dium mirabilium* reliquit, in quo varias obſer-
ationes annotavit, quas inter & hæc: *Walt-*
*er de Lobren*, homo ferus, ad nonum usque
iem ne guttulam quidem urinæ effuderat, ut
tiam de vita ejus omnes nunc deſperaverint,
pſeque inter gemitus & dolores omnibus ſuis
aledixerat. Advenit forte venator *Martin i*
*e Hevenhuſen*, qui cataplasma ei calidum im- *catapl.*
onit ex allio, ononide, flor. melilot. & cepis
actum cum *ol. lumbric.* & junip., à quo iterum
luxit urina, ipſeque præter ſuam aliorumque
xpectationem optimè convaluit. Intus ſum-
erat pulv. de talis lepor. cum ſpiritu Vini. *Ett-
mülleri* cataplasma in ischuria vera, tranſcriben-
e id *Jüngkenio*, g) hoc eſt:

℞. cepar. alb. crud. num. vj.
capit. allij num. iij.
contuſ. in mortar. add.
pingved. anſerin. q. s.
ol. ſcorp. unc. ſem.
junip. dr. ij.

K Sœ-

f) Dec. III. Eph. ann. II. obſ. 203. g) in Praxi
med. p. 626.

M. & calidé applic.

Sœpiùs cum ſucceſſu uſus ſum, addito *oleo lu-bricorum.*

# CAP. XVI.

## DE USU LUMBRICORUM IN GONORRHOEA.

§. I.

Ut verò alias diuretica quædam, præcip efficaciora, ſeu ſtimulantica, aphrodiſia quoque effectibus deſtinantur: quod quid omni conſenſu non caret, tàm quoad mem virilis erectionem exſtimulandam, quàm quo ipſorũ ſpermaticorũ organorũ aliquam exſtim lationem, utpote cui etiam illa inſignis effica cantharidum in gonorrhæa inveterata, cum d bita cirumſpectione adhibitarum, inniti vid tur; ita hi ipſi quoque *lumbrici* efficaciæ huj modi aphrodiſiacæ inſimulantur, & quide excrementa tantùm illorum, circa ſcrobicul eorum, menſe Majo vel Junio collecta, ubi t neri limi formâ ipſas oras horum foramin circundare conſpicuuntur. Quamvis etia ſi aliqua ipſorum *lumbricorum* quantitas cap tur, & ſic ſatis mundi in vitrum aut ollam co jiciantur, paucarum horarum ſpatio hoc ipſ excrementum ita copioſè emittunt, ut qu pro tegumento ipſis inſervire queat, ſub quo t men, ceu alia terra, jaceant, h]

§.

h) Stahl diſp. cit: c. 3. p. 10. ſeq.

§. 2. Juvenis hypochondriacus, caſtioris itæ amaſius, meus olim in *Regio Pruſſorum onte* amicus, pro eliciendo ſudore in ſcabie liquoties acceperat à Medico ſal volat. C. C. ſuc-in. &c. quæ tandem *gonorrhæam* ipſi fecêre ermoleſtam, ſero ſcilicet acriori & ſalſiori ſan-vinis nimium exaltato. Propinabat alius in icinia ſuccum limonum cum *ſucco lumbricorum rreſtrium* in aqua nymphææ, & mox ex vo-) reſtituebatur. *obſ.*

§. 3. Alius ex diuturna gonorrhœa valde nervatus à Chirurgo, ad imitationem *D. lichaëlis* Profeſſoris Lipſienſis, ſolis ilulis de therebinthina cum oſſibus ſepiæ & oco martis adſtringente curabatur. Cur ve-ò juſſus fuerit per octiduum ex cucurbita exca-ata cereviſiam ſuam tenuiorem, in qua ſingulis roris priùs *tres lumbrici* ſuffocabantur, bibe-, mecum neſciebat ipſe. *alia,*

## CAP. XVII.

### E USU LUMBRICORUM IN TU-MORE SCHROTI ET TE-STICULI.

§. 1.

N tumore ſcroti, carbonis inſtar nigro, poſt cateplaſma & fotum, hoc linimento partem fectam inunxit *Hildanus*. i) 17) *in tumore ſcroti & teſticuli linim.*

℞. ol. chamomill.
anethin.

*lum-*

i) C. III. obſ. 81.

*lumbric.* an. unc. j.

aniſi ſubtiliſs. pulveriſ. dt. ij. M. f. linime
Sic intra paucos dies curationem feliciter abſ
vit.

*obſ.* §. 2. Faber ferrarius in Saxonia inferi
anno MDCLXXVI. rem cum puella menſtru
habuerat, ex quo impuro ac illicito concub
altero die horrendo dextri teſticuli tumore c
reptus, cum ſœviſſimâ inflammatione ven
femorisq; ſiniſtri præſertim, inſigni dolore,
tandē acceſſit febris quintana ſyncopalis, & j
cœperat teſtis nigreſcere. Maligni quid ſubfu
quis inficiabitur? itaque prævio clysmate &
dorifero, dolores in femore hoc compeſcuit
nimentum.

*aliud,* ℞. Ungvent. dialth. unc. j. cum dimid.

ol. chamomill.

*lumbricor. compoſit.*

lil. alb. an. unc. ſem.

laud. opiat. gr. IV.

ceræ q. s.

Ipſi verò teſticulo applicabatur cataplasma, q
tumor ſenſim imminutus. Meminit hujus
ſus *Dolæus* k)

§. 3. Contuſionibus teſtium magnum
morem aliquando inducentibus, præmiſſo h
linimento, cataplaſma conveniens imponi p
teſt.

*aliud,* ℞. ol. fl. ſambuc. unc. ij,

*ſpi*

k) in Encyclop. chirurg. ration. L. IV. c.
p. 818.

bacc. laur. unc. j,
*ſpirit. lumbric.* gutt. iij.
camphor. ſcrup. j. F. linim. l)

## CAP. XVIII.

## E USU LUMBRICORUM IN MOLA ET TENTIGINE.

§. I.

E *mola* comitante fœtum usque ad ejus perfectionem, deque ejusdem molæ extra-one agit *Hildanus*, m) ubi addit ungventum *-bricus* noſtris conſpicuum, quô ventrem, co-, genitalia atque os ſacrum aliquoties calidè -nxit, (18] *in mola & tentigine*

Rec. ol. lilior alb. *ungvent*
amygd. dulc.
de vitell. ovor.
*lumbricor.* an. unc. ſem.
Pingved. anſer.
caponis. an. unc. j.
Poſtea ℞. farin. fœn. gr.
cydonior. an. dr. j.
croci ſubtil. pulveriſ. ſcrup. ij.
aq. artemiſ. unc. j. M.
& poſt unicam ebullition. add. olea & pingvedin. præſcriptæ, F. ungvent.

§. 2. In tentigine obſcura & prava, ubi -n fluxu menſtruo aqua, & cum urina ſanies,



l) Id. l. c. p. 835. m) C. II. obſ. 52.

non ſine dolore pudendorum effluit, alia im
etiam oleum ex Paracelſo præſcribit *Dolæus*

*oleum,* ℞. ol. hypericon.
perſicar.
ariſtol. rot. an. libr. j.
ranar.
*lumbric.*
é vitell. ovor. ad pondus omnium.

§. 3. Paſtor quidam reformatæ religio
cujus uxor bis fatuâ imprægnatione decepta fu
rat, varia inter medicamenta præſervationis
expulſionis gratiâ à Medico Eichsfeldenſi acc
pta, & hunc mihi monſtrabat pulverem *Joël*
*num*:

*pulv.* ℞. Rad. ariſtoloch. long. dr. j.
cinamom. elect. ſcrup. ij.
*pulv. lumbric. terreſtr.*
rad. oſar.
croci an. dr. ſem.
fol. ſabin. dr. ij.
ſem. rut. dr. ſem. F. Pulv. tenuiſs.
Doſ. dr. j. mane ac veſperi cum vino danda.

CA

n) Chirurg. cit. p. 953.

# CAP. XIX.

## DE USU LUMBRICORUM IN MENSIBUS SUPPRESSIS.

§. 1.

IN fœmineo ſexu ſpecialiter ad menſes expediendos allegantur *lumbrici*, ſed efficaciâ non modò leviore præditi, verùm etiam magis fortè ope & intentione diureticâ hîc commendantur, quàm ullatenus directè emmenagoga; o) nihilominùs *J. G. Schmied*, Med. Regiomontanus in Franconia, ſubinde in uſum trahebat *ſal volatile lumbricorum*, nec infauſto cum ſucceſſu. Alium novi Medicum, qvi ſale volatili CC.& *lumbricorum*, cum ſirupo cinamomi dato, menſes occluſos in juvencula feliciter reſerabat, ut rectè dixerit *Primeroſius*, p) malè cinamomum ad adſtringenda mulierum profluvia præſcribi. *(19) in menſibus ſuppreſſis, ſal. volatil.*

§. 2. Honeſta fœmina à ſuppreſſione hac maximè divexata, varijs fruſtra adhibitis, univerſalibus præmiſſis, alia inter obtinuit à Medico vicino hanc miſturam, valdè ſibi acceptam: *mixtura*

℞. *Spirit.* ſal. armoniac. aniſat. dr. j.
*lumbric. vol.* ſcrup ij.
ol. deſtill. ſabinæ ſcrup. j.
aurant. ſcrup. ſem.
macis gutt. iv. M.
D. mane & veſperi cum aq. puleg. à gutt. xxv. ad xxx.

Sumta

o) Stahl diſp. cit, c. 2. p. 14. p) L. IV. de erroꝛib. vulg. c. 43.

Sumtâ vix unâ alterave doſi,menſes , ut ant
ordinariè fluxerunt. Pro potu ordinario e
vinum,cui injecerat pomum aurant.excavatu
croco impletum , chartâqve madidâ obvo
tum,inqve cineribus coctum. q] De qvo ſum
cochleatim.

§. 3. Ego nonnunqvàm ad humores
tuitoſos,acidos & viſcidos , emendandos ha
dedi *miſturam* cochleatim ſumendam:

*alia*, ℞. *Aqv*.fœnicul.
menth.criſp.
*lumbric,terreſtr*.an.unc.j.c,dimid.,
vit.mulier unc. j.
cinam.ſimplic. unc ſem.
ſpirit.ſalis armoniac.aniſat.ſcrup.j.
ſirup.menth.unc.ſem. M

*alia*, Vel : ℞. Tinct.tartari
ſantal.rubri
eſſ.caſtor.an.dr.j.
*ſpirit.lumbr.terreſtr.vol.* dr.ſem.

Doſis eſt ter qvaterve qvotidie in convenien
vehiculo à gutt.XX. ad XXX. in adultioribu
In animi deliqvio, qvod freqventiùs contingi
in varijs uſus ſum hâc :

*alia*, ℞. *Aqv*. cochlear.
menth.criſp. an.unc.ij.
*lumbric*.
elix.vit.Matth.an.unc.ſem.
tinct.fl.tunic.dr.j.c. dimid.
*ſpirit*.ſal,armon. aniſat.

*lum*

q] Vid, Dec, III. Eph, noſtr,ann. V.obſ, 82

*lumbr.volat.*an. ſcrup.j.M.
Doſ.cochl.ij. ſeu iij.

## CAP. XX.

## DE USU LUMBRICORUM IN ATROPHIA.

§. 1.

RUgoſa vetula gloriabatur de ſingulari experimento in tollendis ariduris infantũ. Erat id ipſo nolunij die & ſeqvente poſt plenilunium devorata portiuncula ſiilæ rec entioris *ſpiritu lumbricorum* illita. (20) *in atrophia* Qvô ſucceſſu, certò dicere non poſſum. Lauatur enim ab his, culpatur ab illis. Tutius amen mihi videtur quàm Generoſi iſtius reedium, qvo de *Samuel Hafenreffer.*, r) qvi roximo die novilunium antecedente & conſeqvente, in pane vel cum hoſtia conſecrata qvantus abuſus rei ſanctæ!) offerebat pediulos capitis XV. tribus id menſibus continundo.

§. 2. In aridura, qvæ oritur à catarrhali ymphæ effluxu, proderit miſtura *Dolæana*, *mixtura* vâ partes emarcidæ illinuntur: ſ] Vel;

Rec. Infuſ.arthritic. unc.iij. *alia,*
*ſpirit.lumbric.*
formic.an.unc.ſem.

K 5 liqv.

r] L. III. de cutis affect. c. 2. p. 399. ſ) L. VI. Encyclop. chirurg. c. 1. p. 13. 19.

liqv.CC. ſuccin.dr.ij.
△ ♆ dr.j.& ſem.

Vel: Rec. *Succ.lumbric.* cum aq.reſin.Hungg
expreſſ.unc.iij.
ol.de ranis unc j.M.& agita optimè, cq
illinatur pars arida.

Adhiberi etiam poteſt *miſtura* ſpirituoſa & ba
ſamica.

*alia*, Rec. *Spirit.* junip.unc. ij.
*lumbric*,unc. j.
cochlear.unc. ſem.
armoniac.dr.ij.
eſſ.eruc. dr.j.& ſem.
ol.ſtill.chamom.rom.ſcrup.ſem.
lavend gutt. viij.
rorismar.gutt. vj. M. t)

§. 3. In atrophia brachij pedisve qvi ut
tur oleo *Nicol.de Metrij* vide apud *Guferum*
u) Medicus Mechlinienſis in atrophia cruru
*liniment* hoc *linimentum* dabat apud *Foreſtum:* vv]

Rec. Ol.ſem.lini
*lumbric.*an.unc.j.
macer.dr.ij.
ol.hypericon.dr.iij.
ſal.gemm.toſt.& levigat.dr.j.
ol.roſar.unc.ſem.
ceræ parùm,F linimentum.

§. 4. *Matthæus Godofr. Purmann* x) r
vell

t) Id. l. c. p. 1316. u] Medicin. domeſ
c. 26. p. m. 89. vv) L. X. obſ. 97. x) im Chi
rurg. Lorbeerkrantz P. III. c. 6. p. m. 482.

relat ungventum, qvod *Paul. Rompelt* pro cer- *ungvent*
o arcano habuit. Aliud & ſpiritum dat *Jüng-
ren.*, y) ubi benè monet, ſe temperare ſic ole-
oſa & unctuoſa ſpirituoſis, ne poris partium il-
is obſtructis ſucci nutritij appulſus ſufflamine-
ur. Ac ſpirituoſa unctuoſis pauliſper infrin-
gere, ne partibus ſubtilioribus avolandis an-
am addant & ſtimulum. z) *Georg. Andr. Rhein-
ot* gammar. viv. & *lumbric.* an: p. æqv. in olla
benè lutata in furno exſiccabat, eorumqve pul-
veri admiſcebat adip. porci liqvat., & per linte-
um pannum expr., donec redigeret in formam
ungventi, qvô mane & ſerò membra atrophiâ
correpta ungebat. Vel:

Rec. Pingved. taxi unc. j. *aliud,*
gallin. unc. ſem.
ol. chamomill.
caſtor.
lil. alb. an. unc. ij.
*lumbr. terr.* unc. j.
vulpin. unc. ſem.
ungvent. dialth. dr. ij.
vini ſublim. dr. j. & ſem.
gumm. opoponac.
ammoniac. an. unc. ſem.
diſſolv. in vino gummato l. a. dein cum
ceteris coëant in ungvent.
cui add. ol. ſpicæ. f. ungvent.

Plura ungventa ad rem facientia proſtant apud
*Bec-*

y) in Vade mecum p. m. 52. ſeq. z) conf.
Prax, ej. medic. p. 142.

*Becker.*, a) *Riverium*, b) *Grüningium*, c) alios.

## CAP. XXI.

## DE USU LUMBRICORUM IN HERNIA.

§. I.

(21) *in hernia*, Cornelius Johannis Flander habuit in ſua familia multos ruptos à nativitate, quos omnes ipſe curabat, dando mane per quatuor ſeu quinque dies *pulverem vermium terreſtrium*, & ſupponebat oxycroceum ſubligaculis conſvetis injectis. d)

*pulv.*

§. 2. *Pilulæ Barbettianæ* in *Chirurg* iae hæ ſunt:

*pilul.* Rec. Mumiæ dr. j.
galban. in acet. diſſol. dr. ij.
myrrh. & limat. chalyb.
ſterc. lepor. ſicc. an. dr. ſem.
*pulv. lumbric terr.* ſcrup. ij. M.
f. pilul. magnit. piſi majoris.

§. 3. Uti in curanda hernia primaria cura erit, ut inteſtina vel omentum eò repellantur, unde prolapſa ſunt; ita non abs re erit inſimul regionem protuberantiæ hoc inungere *linimento*.

Rec.

a) in Med. Microcoſmic. L. II. c. 2. p. 104. & 107. b) C. I. obſ. 52. p. 64. c) L. V. Prax. P. III. c. 16. p. m. 580. & 583. d) Foreſt. L. XXVII. obſ. 15.

Rec. Sevi hircin.unc.ſem. *linim.*
axung caſtor. d.ij.
ol. hyperic.
*lumbric.*an.dr.j.
petr.alb.ſcrup.j.
deſt macis gutt.v.F.liniment. f)

§. 4. Inter *emplaſtra* principatum ferè ob- *empl.*
inet iſtud *Arnoldi de Villa* *nova* de pelleſarie-
ina, g] quod verò aliter deſcribit *Pharmaco-
œa Auguſtana*, h) aliter *Sennertus*. i) Si pla-
et,paretur ſecundùm reformationem *Zvvel-
erianam*. Aliud vide apud *Beckerum*,k) *Blan-
kardum* l) & *Barbette*. m) Oleum *hyperici*
n hoc affectu alijsque,ubi membranæ, ſeu ner-
oſum genus,læſæ ſunt, valde commendat *Se-
nander*. n) Conf. *Sennert*. o) & *Poliſium*. p]

CAP.

e] c. 7. p. 34. f) Dolæus L. III. Encyclop.
hirurg. c. 2. p. 701. g) L. II. Breviar.
. 44. h] Cl. XIX. p. m. 701. i) L. III. Prax.
. II. S. I. c. 6. p. m. 225. k) in Med. Micro-
oſm. L. II. c. 2. p. m. 105. l] C. III. collect.
Med. Phyſ. obſ. 59. m] l. c. p. 33. n) in conſil.
. 356. o) l. c. p. 266. p) Myrrholog. S. III.
. 12. p. 98.

# CAP. XXII.
## DE USU LUMBRICORUM IN PODAGRA.

§. 1.

(22) in podagra num contagioſa?

AN podagra contagioſa ſit, dubi Höferus, q) ſed vide ſis Ephem rid. noſtras r) ſi epilepſia, ſ) tertiana, t) ac quartana contagium de ſe ſpargunt, qui etiam podagra. Qui idearum in fermen ſuis multiplicationem admittunt, facilè affirm bunt ; ſiquidem ideæ humores plerumque gillant, & poſtmodum , ſive per inſenſibil tranſpirationem , ſive etiam per diaphoreti extra corpus eliminantur, nunquam ſine viti idea diſcedunt. Quàm facilè igitur fieri po eſt,ut pelliceis illis podagricorum ocreis & v ſtimentis ad tempus adhæreant , & quando illis induuntur,per poros corpus ſubintrant , bi poſtmodum explicatæ & evolutæ ſimile morbum producunt, inprimis ſi reperiunt co pus cacochymicum , ſeu alio modo morbo diſpoſitum. Commemorat Helmont. vv) m tronam nobilem,quæ à recurrentibus podag cis paroxyſmis crebriùs fuit vaxata, neſcien unde inauſpicati morbi recidiva , tandem qu ti

q) Hercul. Med. L. IV. c. 1. r) Dec. II. an VI. obſ. 143. ſ) Salmut. C.I. obſ. 55. t) Id. C.I obſ. 51. u) Sennert. L. II. de febr. c. 20. p. 29 vv) de magnet. vuln. curat. §. 33. p. m. 599.

es remiſſo acceſsûs fervore è cubili jam ſur-
ens, ſederet ſede. quâ frater ejus olim, & in
ia urbe podagricus ſedere ſolitus erat, extem-
o morbum repullulare experta fuit. x) Scri-
ſit mihi D. *Roſenvvald*, Amicus honorandus,
odagricum patrem plerumque adjacentem
abuiſſe in lecto filiolam nondum triennem,
ijusque ab accubitu non ſemel qualecun-
ue levamen percepiſſe, puella autem eodem
orbo infectam fuiſſe. Si in catellos trans-
antari poteſt podagra, quidnî in puellam?

§. 2. Pulverem antiarthriticum *Wepferia-
um* ingrediuntur quoque *lumbrici*. Quem
um parare curâſſet Senator Solodurnenſis &
er annum aſſervâſſet, notavit *lumbricos rege-
eratos*, dum ſcilicet ovula, quibus plurimi ſca-
nt *lumbrici*, denuò animata fuêre. y) *pulv.*

§. 3. Si vagum adhuc eſt malum, & acrimo-
ia ſcorbutica ſubeſſe notatur, tùm primis à ſa-
urra, ſi adeſt, liberatis, inſtituatur ſudor.

Rec. Pulv. *lumbr. terr.* dr. j. *alius*
bez. mineral. ſcrup. ſem.
croc. gr. vj.
camphor. gr. iij.
extr. opij ſ. gr. j. M. pro doſi aliquoties rei-
teranda.

Rec. Fl. ſambuc. unc. iij.
tinct. bezoard. 5. acid. dr. j.
anod. Ludov. gutt. xv,

*Spiri-*

x) Vid. Borell. C. III. obſ. 36. y) Vid. Dec. II.
phem. ann. IX. obſ. 133.

*Spirit. lumbric. vol* gutt VI. M. pro doſ

*ſpiritus* §. 4. Si à crudiori, acerbo, auſtero, aci dolores podagrici convehantur, topica alca abſorbentia, dulcificantia, ſulfurea, oleoſa & milia, quodammodo ſiccãtia & roborantia c venient. Inter quæ primum locum obtin ſpirituoſa volatilia, ut ſpiritus arthriticus, *Jü ken*. a) vel oleum circulatum, ſeu ol. fl. balſa cum. b) Externè in defluxionibus catarrhali ad collum, ſcapulas &c. optimè conducit hi

*alius*, ℞. *Spirit.* formic.
volat. *lumbric.* an. unc. j. cum dim
CC. volat. dr. iij.
armoniac. dr. j.

§. 5. *Linimenta Lotichiana* hæc ſunt:

*linim.* Rec. pulv. ſalis marin. in furno exſicc. &
tot. dr. j. cum dimid.
*ol. lumbric. terr.* unc. ij
adip. hum.
vulp. an. unc. j.
ol. coſtin.
nardin. an. dr. ij. cum dimid.
roſ. dr. j.
deſtill. ſalv.
roriſmar. an. ſcrup. ſem f) f. linim

*aliud*, ℞. ol. laurin
*lumbric. terr.* an. unc. j.

vulp

z) Jüngken vade mecum p. 40. a) in M præſ. ſecul. applic. P. II. S. I. c. 19. p. 699. c. p. 705. c) L. VI. c. 1. obſ. 8.

vulpin.
urſin. an. unc. j cum dimid.
adip. human. unc. j, cum dimid.
ol. deſtill. ſalv.
roſmar. an ſcrup. ſem.
cer' q. s. F. linim. d)

℞. *ol. lumbric. terreſtr.* — *aliud,*
laurin. an. unc. j cum dimid.
nardin.
coſtin. an' unc. ſem.
urſin.
vulpin.
adip. human. an. unc. j.
ol. ranar.
de euphorb.
piper. ſtillat. an. gutt. x
deſt. ſalv.
roriſmar. an. gutt. v.
cum pauca cer. alb. f. linim. e)

Rec. Sapon. venet. unc. j. — *aliud,*
camph. unc. ſem.
*ſpirit. lumbr. terr. per putref.* parat. q. s.
diger. blandè in conſiſtent. linim.

oc illitum non rarò parvas puſtulas excitat o-
imo cum levamine f)

§. 6. *Joëlis unguentum*, quô locus affectus
s in die utiliter inungitur, hoc eſt: g)
Rec. ol. laurin — *ungvent*

L irin.

d) eod. L. obſ. 7. e) eod. L. c. 2 obſ 1. f)
ngken vade mecum p. 42. g) L. X. Tract. S.
p. 535.

irin.
vulpin.
*lumbric.* an. unc. ſem.
medull. crur. cerv. dr. vj.
terebinth. dr. ij.
galban.in acet. diſſol. & per linteol.tra
act. dr. j. & ſem.
cer. q. s. f. ungvent.
cui admiſce ol. Vitriol. dr. ſem.

§. 7. *Emplaſtrum* oleô *lumbricor* ma
*empl.* xandum proſtat apud *Riverium*, h] ceratum
ranis apud *Joëlem*. i) Alia vide in collectan
*balſ.* *Blanckardi*. k] *Balſamus* antiarthritic. *B*
*rbian.*, qui *oleum lumbric.* recipit, vid. ap
*Trumphium* l) Imò aliquando à ſolis *lumbr*
contuſ. & in forma cataplaſmatis applicat.
lor cedit. Ita Conſul quidam *lumbric. vi*
imponebat cum aliquali remisſione doloru
m) Adde *Platerum*,n) *Ranchinum* o] *Becker*
p] & alios.

C.

h) L. X. Prax. c. 1. p. 381. i) l. c. k) C.
obſ. 41. & C. III. obſ. 60. l) Dec. I. Eph. a
X. obſ. 80. m) Dec. II. ann. VI. obſ. 28.
L. II. obſ. p. 461. o) de morb. partic. ſen
p. m. 591. p) L. II. Med. Microcoſm. c. 2
m. 104. & 106.

# CAP. XXIII.

## DE USU LUMBRICORUM IN DOLORE ISCHIADICO.

§. I.

VEnator ex *lumbricis* recentibus in ſuccum redactis à primordijs Iſchiadici doloris citò liberabatur, Recrudeſcente verò eodem affectu, nullum præſidium à denuò ſurpatis *lumbricis* obtinuit. q) Oleum *lumbricorum* ſingulariter hîc laudat *Grülingius Hul-ſaricum* Amthor / Conſiliarium Stolbergenſem, juſſit locum affectum aliqvoties calidis annis fovere, illumque *ſpiritu lumbric. terreſtr.* & formic. inungere. r) Vel: (23) *in dolore iſchiadico.* *ſpirit.*

Rec. ſal volat. CC. q. s.

*ſpirit. lumbric.* q.v.inf. & D. ſ)

§. 2. Omnis *iſchiadicus* feliciter ſanatur hoc *linimento*, dicente veterano *Grülingio*: t) *linim.*

Rec. Mucilag. ſem. malv.

foen. gr. an. unc. ſem.

pulv. fol. roſ. dr. iij.

croci ſcrup. j.

butyr. ſine ſale unc. ſem.

*ol. lumbric.*

vulpin.

chamomill.

 aneth.

q] Stahl diſp. cit. c. 4. p. 22. r) C. VI. obſ. 8. ſ) Dolæus L. III. Encyclop. med. c. 14. p. 42. t) C. I. obſ. 38.

aneth. an. dr. vj.
farin. hord. unc. ij. M. f. linim.

D. Hagdorn oleo conor. pini deſtillat. mi cum *ſpiritu lumbric.* & formicar., crebrius nit loca dolentia. u) Tutò etiam uſurpare po in arthritide vaga. *Martin.* Hohberg Lignic ſis, vv) diſcutientia & nervina inter prima ponit *linimentum Wedelianum* nervinum, *tu lumbric.* vol. auctum. Dabit etiam G *ling.* linimentum cum emplaſtro in multis pertum. x) Medicum novi, cui emplaſtrum ſcutiens *Morelli*, y] familiare erat, & iſtud *lu bricis* noſtris ſuperbit.

§. 3. *Riverius* hoc habet *ungventum* :

*ungvent* Rec. *ol. lumbric.*
de laterib.
terebinth. an. unc. ij.
vulp. unc. j.
gummi ammoniac.& ſagapen. aq. vit. ſ
an. dr. vj.
caſtor. pingv. dr. iij.
euphorb. dr. ij.
cer. p. s. F. ungvent.

